

Handwritten text on the spine, including the word "Liber" and other illegible characters.

RESEN




7.1.2008 / B5

A) Pyralis cecina

mobl 24-6)





1
Catalogus Consulium Ro-
manorum: JL 208

MONSTRANS

CONTINUAM ANNORVM SE-
RIEM, AB EIECTIS EX VRBE ROMA RE-
gibus, vsq; ad mortem M. TVLLII CICERONIS, cuius
tempore Consulium autoritas & potentia ad Impe-
ratores delata, desijt, & Consules tantum-
modò Honorarij creari cæpti
sunt:

*EX PROBATISSIMIS HISTO-
ria Romanae Scriptoribus singulari fide &
diligentia contextus & conscriptus,*

Ab

Abrahamo Bucholcero

Nunc vero post mortem autoris cum propter communia adolescen-
tia studia, tum propter Historiæ Romanæ cognitionem, &
Scriptorum Ciceronis lectionem in
lucem editus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAESAREO.

G O R L I C I I

Excudebatur typis Ambrosij Fritschij.



Vsua effigies Reuerendi & Clariss. viri Dn. Abrahami Bucholceri Theologi
Orthodoxi & Chronologi atq; Polyhistoris excellentissimi.



Hæc BUCHOLCERI Chronici præstantis imago est,
Qui digito numeros monstrat, obitq; diem.
Disce dies numerare tuos, ac vltinia fata
Mente puta, & Chronicus, sicq; beatus eris.

M. Laurentius VVidemannus F.

MAGNIFICO ET NO-
BILISSIMO VIRO, DOCTRINA
ERVDITA, HVMANITATE LITERATA,
SAPIENTIA, ET SVMMIS VIRTVTVM ORNA-
mentis præstantissimo Dn. GEORGIO à Dyhern in
Deutschfeffel & Oberherboawalde / &c. ASSESSORI
Regij Iudicij Ducatus Glogouiensis: nec non Cefareæ
Maieftat. QVAESTORI, Domino & Patrono
reuerenter & officioſè colendo ſuo,

S. D.



*Q*uotiescunq; vir Magnifice & Nobiliſſi-
me, in matrem pueritiæ meæ deſcendo con-
ſiderationem: vitæq; ante acta ſtatum
ſubductis mecum rationibus perpendo: to-
ties etiam in mentem mihi venit illa, quam
me, curioſius ſapè, vt ætas illa puerilis factitare ſolet, af-
ſiduas parentis mei (cuius memoria ex animo nunquam
diſcedit meo) operas Chronologicas interpellantem, non-
nulla ſciſcitantem, quadam etiam pro captu meo tum ad-
mirantem, tulſſe memini, reſponſio. Quid te, inquit, Fi-
li, tanta meorum laborum tenet admiratio: quorum dif-
ficultatem & vtilitatis magnitudo, & ipſa docenda &
gubernanda Eccleſiæ DEI ratio mihi imponit: volu-
ptatis deniq; atq; oblectationis amplitudo faciles reddit &
iucundos? Quin tu potius oculos tuos, mentem deniq; to-
tam conuertas: & in ampliſſimum anguſtiſſimumq; il-
lud

lud DEI prepotentis domicilium accuratius intuearis :
simulq; digito caelum monstrabat, & maximas stupen-
dasq; corporum superiorum moles : quorū orbibus quam-
primum adoleueris, inscriptam inuenies & leges eam an-
norum à condito mundo elapsorum seriem : quam nobis
sacrarum literarum historia in continuatione annorum
mundi interruptam reliquit. Imò vero ubi per aetatem
animū ad historiarum lectionem (quarum studiū & cu-
ram tibi post pietatis studia praeceteris commendo) adie-
ceris : eandem ipsis Urbis Romanae fundamentis inscul-
ptam incisamq; reperies. Hic ego, etsi verebar : ne paren-
ti puerilibus hisce meis interpellationib nonnihil molestiae
exhiberem : dixi tamen, quid hoc rei est pater ? quis tan-
to erit ingenij acumine praeditus : ut labyrinthos & am-
bages eiusmodi penitus inuestigare possit ? quis in caelum
ad rerum tantarum contemplationem euolabit ? quis ru-
dera Urbis Romanae infra omnes mortuos amandata eru-
et ? quis deniq; ea quae iam vetustate planè sunt obscura-
ta & abolita in lucem atq; aspectum proferet ? Tum ille
subridens, quæris, ait, quod pueri solent : qui quae ignorant
vel difficillima, quae intelligentia assequi nequeunt, plas-
ne inscrutabilia esse somniant. Sed tu in hac tabella ocu-
los habeto defixos : & Isagogen suam Chronologicam a-
periens, seriem monstrabat annorum mundi : in eaq; hia-
tum illum 535 annor. ostendebat. Hic, inquit, Fili, a deo
astrorum opus est motibus : ut, nisi eos Ptolemæus Ethni-

CUS

cus scriptor extra Ecclesiam diligentia & industria sua
obseruasset: in hunc usq; diem continuo annorum mundi
ordine destitueremur. Verum quò ea quæ dico, tibi ali-
quando notiora reddantur: breuiter rem totam sic habe-
to. Ptolemaeus Astronomorum solertissimus, initium
obseruationum suarum motuum cælestium facit 210
circiter anno ante finem historiæ Biblicarum, easq;
per annos 887 usq; ad annum Christi 141 deducit.
Hic si diligentius animo notaueris certos, qui in S. Bi-
bliorum monumentis extant euentus: eosq; contuleris cum
annis Nebucadnezaris Regis Babylonici, ut docet Iere-
mias cap. 25: inuenies gradus deducentes te ad motus
cælestes, & connectentes seriem historia sacra cum obser-
uationibus Ptolemæi. Eodem quoq; Ptolemæo duce co-
gnoscere poteris rationem non obscuram annos Nabonaf-
saris copulandi cum annis Regum Persicorum, Darij &
Cambysis. Denique Xenophon Græcus Historicus
annum initij Monarchiæ Cyri tibi ob oculos collocabit:
& fundamenta secunda connexionis autorum Ethnico-
rum cum sacris literis te edocebit. His ita firmiter con-
stitutis, annos Nabonassaris ex Censorino ad Olympi-
das alligato, ijs, quos monstrat hæc tabella, articulis.
Per Olympiades descendes ad urbem Romæ condita an-
nos. Anni urbis Romæ digitum tibi intendent ad
cognoscendam Coss. Romanorum seriem. Ex Consu-
lum Romanorum serie dependere videbis Imperatorum
a 3 Roma-

Romanorum annos. Imperium Cæsaris Augusti monstrabit CHRISTI in hisce terris nati annum 3970. Liquidò igitur perspicere potes, fili, ex hac ipsa tabella, verè à me dictum: Interruptam in sacra scriptura annorum mundi supputationem & orbibus cæli, & mœnibus Urbis Romanæ esse inscriptam. Hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad tabellam identidem. Tum ille, nunc sentio, inquit, nihil restare amplius, quod remoram mihi iniiciat in uniuersa hac Chronologia pertexenda, præter illum, quem tibi cum adultiori eris ætate, relinquam publici iuris faciendum, Coss. Catalogum. Ecquid, inquam, pater, Consulium nomina nosse prodest, si continuam annorum Urbis conditæ seriem certò cognitam perspectamq; habemus. Sed ille, ades, inquit, animo, & curam hanc omnem depone fili, & quæ dicam trade memoriæ: Difficillimam, multorumq; opinionibus & contentionibus perturbatam, labyrinthisq; perplexis inuolutam, hoc temporis agitatam esse questionem, de Coss. Romanorum serie, patet conspicuumq; est inter omnes, qui in mediocri duntaxat historia Romanæ lectione sunt versati. In huius questionis dijudicatione nihil mihi rectius faciendum esse videtur: quam ut dissidentes autorum sententias recitem: earumq; fontibus monstratis, iudicium ac determinationem ijs, quorum manus aliquando hic Catalogus subibit, permittam.

Liuius

*Liuius Decade 3. lib. 1. scribit ludum Olympi-
 picum celebratum fuisse C. Claudio Nerone & M. Li-
 uio Salinatore I I. Cos. qui annus iuxta nostram sup-
 putationem caderet in annum Mundi 3764, quo acta
 est noua Olympias, estq; Urbis Condita 545, id est, an-
 nus primus Olymp. 143. Solinus verò Coss. C. Pom-
 peium Gallum & Q. Veranium refert ad annum V.
 C. 801. Olymp. 207. an. M. 4020, idq; spacium
 ab Olympiade 143 ad 207 complectitur annos 256,
 siue Olympiadas 64. Verum Catalogi Coss. à vi-
 ris Clariss. Carolo Sigonio, Onuphrio Panuino, Acontio
 & Golzio eruditè contexti, & in lucem editi, tantum
 Coss. annorum 255 recensent. Qua ex re manife-
 sto apparet, deesse in Catalogis visitatis anni unius Coss.
 si Liuij vestigia sequimur, & alicubi hiatus esse po-
 nendum. Quae ut audiui, etsi, inquam, pater, mini-
 mè impediendus est interpellatione iste cursus orationis
 tuae: patière tamen, mihiq; ignosces. Non enim pos-
 sum, quin te summoperè rogem: ut hac in parte men-
 tem tuam omnibus dissimulationum integumentis nuda-
 tam explices: & illa nobis depromas: Vnde hiatus seu
 errati huius complendi modus peti & deduci possit. Tum
 ille, equidem ait, hoc loco quod fugiam habeo, quod se-
 quar non habeo. Illud verò haud dubitans confirmare
 ausim, hiatus alicubi esse ponendum: quo autem ille sit
 referendus, aut quomodo complendus, pronunciare certò*

non

non possum. Verum enimvero ne continua Coss. Romanorum series hac dubitatione perturbetur: eruditi huius nostri seculi homines studijs & laboribus suis hunc hiatus compleant, & Astronomi exactiori motuum caelestium calculatione inquirent: an Eclipses incidant in eos Consules, quibus à Scriptoribus rerum Romanarum tribuuntur, qualis est illa an. M. 3782, cuius mentionem facit Liuius Lib. 7. Quibus autem de causis contra Liuij sententiam referam Olympiadem 143 ad M. Claudium Marcellum V. & Quinctium Crispinum Coss. probabilis mihi reddenda videtur ratio.

I. Opponimus Liuius autoritatem Ciceronis, qui annum Urb. Cond. 514 (secundum Varronem) refert ad Coss. anni M. 3732, quod cum nostra dispositione congruit. II. Censorinus Coss. P. Cornelium Lentulum Caudinum & Q. Fulvium Flaccum ad annum V. C. 518 (secundum Varronem) applicat, quos nos ad annum M. 3736 retulimus. Item in anno primo belli tertij Punici 605 secundum Varronem, nobiscum consentit. III. Cicero tribuit Ennio 70 annos aetatis, quos ab anno M. 3733 deriuamus ad 3803. IIII. Plinius V. C. (secundum Varronem) 485 (Mundi 3703) Item V. C. 575 (Mundi 3793) V. C. 595, 605, 608, 676, 662, 655, 535. & multis alijs nobiscum concordat. V. Zonaras in an. V. C. 500.

500, *Mundi* 3718. VI. *Liuius ipse congruit nobiscum* in anno V. C. (secundum *Varronem*) 554. M. 3772. VII. *Macrobius* in anno V. C. 562. M. 3781. Item in anno V. C. 607 quo *Scipio de Panus & Asdrubale ex Africa victor triumphum egit*. VIII. *Solinus* in annis V. C. 489. 535. 604, secundum *Dionysium*. IX. *Polybius* refert *Coss. Appium Claudium & Fulvium Flaccum ad Olymp. 129 an. 1*. X. Perpetua ferme series *Coss* in lapidibus *Capitolinis*, vel certe numerus annorum V. C. adscriptus certis *Coss.* & triumphis sub annis *Urb. C.* 520. 530. 570. 580, & alijs, sententia nostra certitudinem aperte demonstrat. XI. *Dio Varronianam* supputationem secutus, refert *Coss. Domitium Ahenobarbum & Appium Claudium* ad an. V. C. 700: eaq; numeratione nostram confirmat, & ostendit *Coss.* dictos pertinere ad 3918, an. *Romae* 700: quemadmodum ab illo centesimus 4018, est V. C. 800, secundum *Varronem*. XII. Consentunt his per omnia quae ex *Censorino* & alijs annotauimus ad annos 3926. 3942. 3945. 3964. 4018. XIII. *Plinius* & *Censorinus* habent *Coss. M. Manilium, & M. Marcium* anno V. C. secundum *Varronem* 605: *Solinus* 604 secundum *Dionysium*. XIV. *Lapides Capitolini* ponunt nobiscum eosdem *Coss.* anno *Urb. C.* 664. & 692. (3883, & 3911). XV. *Cicero* in *Catone*

b

& *Bru-*

Et Bruto habet annos 85 à Coss. M. Lepido & M. Por-
licio (3739) quibus natus est Cato maior, usq; ad Coss.
Censorinum & Manilium, quibus obiit (3823.) Eun-
dem Catonem scribit suasisse legem Voconiam, etat. 65
Capione & Philippo II. Coss. secundum Catalogos Coss.
non 85: sed 84: non 65 sed 64 prodibunt: Vt vel Ciceroni
annus abundet, vel in Coss. serie unus desit. Hasce sen-
tentia suæ rationes cum exposuisset: ego vero inquam,
vix aberit, pater, quin inueniantur, qui ad labefa-
ctanda sententia tuæ firmamenta contrarias prolaturi
sint sententias. At ille, non sum nescius, inquit, fili,
multa hic opponi posse ex Liuiio, Dionysio, Velleio, Po-
lybio, & ipsis etiam autoribus, quos ad sententiam no-
stram confirmandam & stabiliendam citauimus: mi-
hi tamen religio fuit, à tot annorum consensu propter
Liuium discedere: cum fieri potuerit, ut Liuius (quod
vult Onuphrius Panuinius, sed non aperte probat) ea
recitârit sub Coss. posterioribus, quæ sub prioribus acci-
derunt. Veruntamen hoc loco certi nihil asseuero,
aut alijs normam quam sequantur, præscribo: quin imò
in tanta sententiarum diuersitate dubitationem meam
libenter & ingenuè fateri, & doctioribus certiora in-
uestigandi occasionem præbere volui. Agè vero,
posteaquam sententia mea firmitudinem satis superq;
percepisti fili, tibi, ubi maturioris etatis attigeris an-
nos, huius Catalogi mei commendo diuulgationem:
idq;

idq̄ cur faciam, causas habeo plurimas. Ac prima
quidem & precipua causa, qua me ad elaborandum
hunc exiguum libellum impulit, ea fuit: non ut histo-
rias integras conscriberem: sed ut hac ratione studijs
adolescentium consulerem, & historiam Romanam
aliquando lecturis, viam certam & adiumenta qua-
dam necessaria commonstrarem. Jam verò & in
eo totus fui: ut qua precipuè in historia illa spectanda
essent & obseruanda, edocerem: rationem feliciter
in lectione historicorum Romanorum progrediendi osten-
derem: & ordinem rerum gestarum ex tanto tamq̄ am-
plissimo Historiarum campo in breuissimum atque ar-
ctissimum gyrum contractum, ob oculos statuerem.
Denique & hoc sedulo efficere sum conatus: ut loca au-
torum qua consulenda essent de historia diligentissimè
annotarem: & qua ad intelligenda Ciceronis Romana
lingua Principis scripta essent necessaria, in gratiam
Ludimagistrorum & Scholasticorum, proponerem, in-
culcarem, declararem. De hisce rebus ubi me eru-
disset parens: tandem conticuit, & finem dicendi fecit.
Ego discessi. Ille vero literis rursum se se abdidit, &
ad operas Chronologicas redijt.

Cum vero, vir Nobilissime & Amplissime, pa-
ter meus beatæ memoriæ, elapso ab hinc ferme septen-
nio, post exhaustos immensos studij Chronologici labores,
b 2 ex va-

ex vastissimo vita huius erum. nosa pelago ad immor-
talitatis optata portum felici morte enatârit: mihiq;
ab eo libelli huius publicandi potestas tradita sit & como-
missa: equidem diutius illum suppressere, nefas esse
duxi. Consideranti autem mihi, cuinam potissimum
exiguum hunc studij & industriae parentis mei partum
offerrem: Prae alijs M. T. mihi occurrebat: cui cum
subiectissima animi reuerentia Catalogum hunc Coss.
Rom. dono, dedicoq;: non modo ut M. T. auspicio
& patrocinio tanquam firmo quodam clypeo aduersus
nefarios calumniantium, & parentis mei labores den-
te procaci arrodentium, impetus & iniurias, munia-
tur ac protegatur: Verum etiam, quod me, ut id
facerem, certa referenda M. T. iam dudum debita gra-
tia ratio inflammavit atque extimulavit. Memini
enim, memini, vir Nobilissime, neque, quoad anima
spirabo mea, elabi unquam memoria patiar: quam
arctissimo amicitiae verae & infucatae nexu parenti meo
adhuc in humanis agenti fueris deuinctus: quam illum
unicè in amore atq; delitijs habueris: quanto perè illum
colueris: quantis denique beneficijs eum adfeceris, sub-
leuâris, exornâris. Accedit huc & illud, quod M.
T. studijs & laboribus parentis mei semper honorificè
senserit: eos adamârit: & promouere omni conter-
tione studuerit: adeo, ut verear, ne, si M. T. debita
hac inscriptionis appellatione defraudassem atque ex-
spolias-

spoliasset, turpissima fronti mea ingratitude nota
iure iniusta fuisset. Quam ob causam nihil mihi perti-
mesendum duxi: ne quid delinquerem: si morem ge-
rens parenti meo, qui M. T. hoc ipsum, quod ego nunc
pro virili praeferre cupio, promisit, & à benigna M. T.
erga haec studia adfectione certum de M. T. animo
argumentum capiens, in huius pertenuis opusculi editio-
ne, Clarissimum M. T. nomen praeponebam.

Haec igitur, vir Magnifice, causa sunt, cur M. T. pra-
a alijs opellam hanc Chronologicam dedicandam existi-
mauerim: quas ut non improbet M. T.: sed me cli-
entem suum, & ad omnia officia summa fide & dili-
gentia exequenda promptum & paratum commenda-
tum sibi habeat: & beneficiorum à M. T. in paren-
tem adhuc viuum, saepe largiter & cumulatè collato-
rum exiguum saltem riuulum in me dimanare patia-
tur, debita animi summissione à M. T. peto & con-
tendo. Unicus ille salutis nostrae effector & reparator
IESVS CHRISTVS M. T. omnipotenti sua
custodia protegat ac tueatur: & consilia, actiones, atq;
adeò totius M. T. vita curriculum ad nominis sui
gloriam, ad patriae utilitatem, ad familiae vestrae no-
bilissimae dignitatem dirigat ac moderetur: denique
cum ad felicitatem corporis stabilem & optatam, tum
ad salutem animae sempiternam conuertat & deducat.
Felicif-

*Felicissimè valeat M. T. & me, meaq̄ studia
patrocinij sui favore complecti non dedignetur. Da-
bantur GORLICHII Lusatorum, die 12. Maij stylo
nouo, Anno Christi 1590.*

Magnificentiae Tuæ

*Subiectissimus & dedi-
tissimus Cliens,*

Godefridus Bucholcerus
Grunebergius Sil,

LECTORI CANDIDO
Et erudito S.

Ne te fugiat Lector humanissime, qua autor in hoc Catalogo supputandi via ac ratione usus fuerit: scias ipsius consignationem vel supputationem discrepare à dispositione Sigonij & Golzij, qui lapides Capitolinos instaurarunt, tribus locis.

I. Anno Mundi 3357. V.C. 138: Vbi illi tribuunt Tarquinio Prisco 37; Autor cum Dionysio 38.

II. Discrepantia biennij incipit anno Mundi 3525. V.C. 306.

III. Anno Mundi 3585. V.C. 366. incipit vnus anni discrepantia, quæ durat vsq; ad annum V.C. 420, M. 3639. Deinceps concordant.

Numerantur autem in hoc Catalogo anni V.C. secundum Dionysium, Solinum & lapides Capitolinos, non secundum Varronem. Si quis mauult secundum Varronem numerare, addat Dionysij annis vnitatem. Nam Dionisij 420 est Varroni 421. Hæc ne ignorares Lector optime, subijcere breuibus visum fuit. Tu interea hæc boni consule, feliciter fruire, & benè vale,

L E E P O R I C A M B L I D O

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



SERIES CON-
SULVM ROMANORVM
DEDVCTA VSQVE AD MOR-
tem *M. T. Ciceronis.*

RIMA Reipub. Romanæ mutatio facta est, expulso ex vrbe Tarquinio Superbo, Romanorum Rege septimo. Huic rei occasionem præbuit scelus Tarquinij Collatini: de quo sic Plinius Secundus lib. de viris illustribus, cap. 9:

Tarquinius Collatinus, sorore Tarquinij Superbi genitus, in contubernio iuuenū regionum Ardeæ erat. Vbi cum fortè in liberiore conuiuio coniugem suam vnusquisq; laudaret, placuit experiri. Itaq; equis Romam petunt; Regias nurus in conuiuio & luxu deprehendunt; exinde Collatiam petunt; Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Ita ea pudicissima iudicatur. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam redijt, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit. Illa postero die, aduocatis patre & coniuge, rem exposuit: & se cultro, quem veste texerat, occidit. Illi in exitium Regum coniurarunt, eorumq; exilio necem Lucretiæ vindicauerunt.

Historiam Lucretiæ describunt Dionys. Hali-
carnassensis lib. 4. Liuius decad. 2. lib. 1. &
A omnium

Anni
Mundi.

omnium elegantissimè Ouid. lib. 2. Fastorum cir-
ca finem: Orosius, Eutropius, Florus, Valer. Max.
lib. 6. cap. 1.

Vrbis
cond.

Regnatum fuit Romæ sub septem Regibus in-
de vsq; ab vrbe condita annis 244.

3464.

Olympias 68. Annus vrbis conditæ secundum
Dionysium 245. ante Natum Christum 507. an-
te Iulij Cæsaris Monarchiam 460.

245.

Tarquinius Superbus vltimus Romanorū Rex,
vrbe & regno eijcitur 24. Februarij; qui dies po-
stea Regifugium dictus est.

**HOC ANNO PRIMI COSS.
ROMÆ CREATI SVNT.** Cicero lib. de
legibus ait: Consules à consulendo dictos, quod Reipub.
consulerent. Dionysius Græcè nominat συμβούλους, siue
προβούλους. Græci tamen procedente tempore ὑπάτους ap-
pellare maluerunt, à potestatis præcellentia: Nam quod
præcellens & summum est, prisca Græci vocarunt ὑπάτορ.

Habuit autē hic primus annus quinq; Consules: quo-
rum hæc sunt nomina:

Coss. L. Iunius Brutus
in prælio occisus ab
Arunte Regis Tar-
quinij Superbi filio. In
eius locum factus est:

Sp. Lucretius Tricipi-
tinus (Lucretiæ pa-
rens) in magistratu
mortuus. Ei surroga-
tus est:

M. Horatius puluillus.

L. Tarquinius Collati-
nus, Lucretiæ maritus;
abdicauit. Ei suffe-
ctus est:

Pub. Valerius Poplico-
la: sic dictus, quod po-
pulum coleret: δημοκκ-
δής.

Plura

Plura de hoc anno Valer. Max. lib. 1. cap. 8. dist. 5.
 Item, lib. 4. c. 1. dist. 1. Item, lib. 4. c. 4. dist. 1. Item,
 lib. 5. c. 6. dist. 1. Item, lib. 5. c. 8. dist. 1. Item, Au-
 gustin. Civit. Dei, lib. 2. cap. 19.

3465. Pub. Valerius Poplicolus, T. Lucretius Tricipi- 246.
 la II. tinus.

Census Roma actus. Censa sunt Romanorum civium
 130. millia. Dionys.

3466. P. Valerius Poplicola III. M. Horatius Puluil- 247.
 lus II.

Bellum Etruscū III. cum Rege Porsena. Dionys.

In hoc bello Horatius Cocles cum hostes in urbem Ro-
 mam irrupturi essent, extremam partem pontis sublicij oc-
 cupavit, totumq; hostium agmen pugnando sustinuit, do-
 nec post tergum suum pons abrumperetur. Tandem ille se
 in aquas Tyberis fluvij precipitavit, ex quibus saluus &
 incolumis enatauit, non fluminis altitudine deiectus, nec
 hostium telis undiq; in eum congestis oppressus. Clatia
 item virgo obses hosti Porsena data, nocturno tempore cu-
 stodiam egressa equum conscendit, celeriq; traiecit flumi-
 nis non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella sol-
 vit, Viris lumen virtutis preferendo. Valer. Max.
 l. 3. c. 2.

Mucius castra Porsena clam ferro cinctus intrauit,
 immolantemq; ante aram conatus est occidere. Sed cum
 Regem non nosset, & pro Rege Scribam peremisset, com-
 prehensus & coniuratos prodere iussus, manum suam igne
 torrens passus est, ut ostenderet, se nulla supplicij atrocita-
 te vinci posse. Eam fortitudinem Rex miratus, liberum
 eum dimisit, & cum Romanis pacem fecit. Valerius
 Max. lib. 3. c. 3. Dionys. Livius.

Capitolium Romæ dedicatum. Horatius Pul-
 villus, cum in Capitolio Jovi adem Pontifex dedicaret,
 A 2 interq;

interq̄, nuncupationem solennium verborum postem tenens, mortuum esse filium suum audiisset: neq̄ manum a poste remouit, ne tanti templi dedicationem interrumpere: Neq̄, vultum a publica religione ad priuatum dolorem deflexit, ne patris magis, quam pontificis partes egisse videretur. Tolle, inquit, cadauer. Valer. Max. l. 5. c. 10. Liui. Dionys.

3467.	Sp. Lartius Flauus.	T. Herminius Aquilinus.	248.
	<i>Hos Coss. transcendit Liuius: Nos ex Dionysio eos reposuimus.</i>		

3468.	M. Valerius Volufus.	P. Postumius Tubertus.	249.
Olymp. 69.	<i>Bellum Sabinum: de quo Dionys. M. Valery vitam describit Plutarchus.</i>		

3469.	P. Valerius Poblicola IIII.	T. Lucretius Tricipitinus II.	250.
-------	-----------------------------	-------------------------------	------

3470.	P. Postumius Tubertus II.	Agrippa Menenius Lanatus.	251.
	<i>Ouatio Roma hoc anno instituta est: cum Postumius omnium primus urbem ouans ingrederetur. Est autem ouatio triumphus genus, sed minor iusto Triumpho. Hoc etiam anno Valerius Poplicola (qui primus Coss. cum Iunio Bruto fuerat, & Reges expulerat) morbo periit: tamq̄, ab omni auaritia alienus & pauper fuit, ut ne quidem ad sepulturam procurandam satis sumptuum relinqueret. Qua re cognita, Senatus tanti viri egestatem miseratus, decreuit in sepulturam impensas ex arario publico. Dionys. Liui.</i>		

3471.	Opiter Verginius Tricoftus.	Sp. Cassius Viscellinus.	252.
-------	-----------------------------	--------------------------	------

3472.	Postumus Cominius Auruncus.	T. Lartius Flauus.	253.
Olymp. 70.	<p style="text-align: center;">PRIMVS DICTATOR ROM. T. LARTIVS Flauus,</p>		

	Primus Magister Equitum Sp. Cassius Viscellinus.		
	<i>Ab hac prima Dictatura usq. ad natalem Julij Caesaris, qui Roma ultimus Dictator fuit, anni 400: & ad postremam eius Dictaturam 456. Tot annis duravit Dictatura dignitas, qua una cum Julij morte desijt. Dionysius primam Dictaturam habet anno V. C. 256.</i>		
3473.	Ser. Sulpitius Camerinus.	M. Tullius Longus.	254.
	<i>Cicero in Bruto ait, hos fuisse Coss. anno 10. post Reges exactos: id nobiscum congruit, si primos Coss. connumeremus.</i>		
3474.	P. Veturius Geminus.	T. Aebutius Helua.	255.
3475.	T. Lartius Flauus II.	Q. Cloelius Siculus.	256.
3476.	A. Sempronius Atratinus.	M. Minutius Augurinus.	257.
Olymp. 71.	<i>His Coss. aedes Saturno Roma dedicata: Saturnalia dies festus institutus. Macrobi. I. cap. 6.</i>		
3477.	A. Postumus Albus.	T. Verginius Tricoftus.	258.
	<i>PUGNA AD LACVM REGILLVM: in qua victi sunt Latini a Dictatore Postumio Regillensi die 15. Julij. Hec fuit postrema pugna Tarquinij Superbi cum Romanis. Paulo post obiit Tarquinius anno 14. sua ejectionis vel exilij. Dionys.</i>		
3478.	M. Claudius Sabinus Regillensis.	P. Seruilius Priscus.	259.
3479.	A. Verginius Tricoft. Coelimonatan.	T. Veturius Geminus Cicurinus.	260.
	<i>SECESSIO PLEBIS IN MONTEM SACRVM. Ter secessit plebs Romana a Magistratu urbano in Montes: I. Anno V. C. 260. II. V. C. 305. III. V. C. 467. Secunda distat a prima annis 45. Tertia distat a prima annis 207. a secunda 162. Valer. Max.</i>		
	A 3		

Max lib. 8. c. 9. dist. 1. Regibus exactis, plebs disti-
dens à patribus, iuxta ripam fluminis Anienis in colle, qui
Sacer appellatur, armata consedit. Eratq; non solum de-
formis, sed etiam miserrimus Reipub. status: à capite eius
cetera parte corporis pestifera seditione diuisa. Ac ni
Valerij subuenisset eloquentia, spes tanti imperij in ipso pe-
nè ortu suo corruisset. Is namq; populum noua & insolita
libertate temere gaudentem, oratione ad meliora & sanio-
ra consilia reuocatum, Senatui subiecit, id est, urbem urbi
iunxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio & arma
cesserunt.

Cicero scribit hunc esse post Reges exactos annum 15
quo plebs propter nimiam dominationem potentium seces-
serit & leges SACRATAS sibi constituerit.

Plinius Secundus lib. 2. de uiris illustribus cap. 18:
Cum populus à patribus secessisset, nec reuocari posset, quo
tributum & militiam toleraret, Menenius Agrippa hoc
apologo populum ad concordiam reduxit: Olim, inquit, hu-
mani artus cum ventrem ociosum cernerent, ab eo discor-
darunt, & suum illi ministerium negauerunt. Cum eo
pacto & ipsi deficerent, intellexerunt ventrem, acceptos
cibos per omnia membra digerere, & cum eo in gratiam
redierunt. Sic Senatus & populus quasi unum corpus dis-
cordia pereunt, concordia valent. Hac fabula audita po-
pulus in urbem regressus est.

3480.
Olymp.
72.

Sp. Cassius Viscelli-
nus II.

Postumus Cominius
Auruncus II.

261.

TRIBUNI PLEBIS PRIMVM CREATI.

Cic. lib. 3. de legibus, ait, Tribuniatam potestatem in
seditione & ad seditionem natam esse inter arma ciuium, &c.
Valer. Max. l. 4. c. 3. dist. 4. de Cn. Marcio: qui hoc an-
no dictus est Coriolanus, quod eius virtute oppidum Co-
rioli captum sit.

T. Gega

3481.	T. Geganius Macerinus.	P. Minucius Augu- rinus.	262.
3482.	A. Sempronius Attra- tinus II. <i>Coriolanus exilio à plebe mulètatur, quod obstitisset, ne frumentū ex Sicilia aduectum plebi diuideretur, in sum- ma annonæ caritate. Damnatus absens iu Volscos abiit. Liu. Vitam Coriolani descripsit Plutar. quem Consules.</i>	M. Minucius Auguri- nus II.	263.
3483.	Q. Sulpitius Camerinus Cornutus.	Sp. Lartius Flauus II.	264.
3484. Olymp. 73.	C. Iulius Iulus. <i>Ab hoc C. Julio quidam incipiunt Genealogiam Julij Cæsaris: ante primum eius Consulatum 429. anno; ante eius Monarchiam 440. Coriolanus Romanis bellum mouet, & Circeios Roma- nam coloniam capit. Cic. Bruto; Bellum Volscorum illud grauisimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem ferè tempore, quo Persarum bellum fuit, similisq; fortuna clarorum virorum, siquidem uterq; (Themistocles & Co- riolanus) cum ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatumq; iracundiæ suæ, mor- te sedauit.</i>	P. Pinarius Mamercin. Rutilus.	265.
3485.	Sp. Nautius Rutilus,	Sex. Furius Medullin. Fusus.	266.
	<i>Coriolanus cum agrum Romanum populatus esset, à matre Veturia, & coniuge Volumnia placatur & exora- tur, ne patriam oppugnet. Liu. Dionys. Vide Valer. Max. l. 5. cap. 2. dist. 1. Et cap. 4. dist. 1. Coriolanus necatus à Rom. plebe. Dionys.</i>		
3486.	C. Aquillius Tuscus.	T. Sicinius Sabinus.	267.
3487.	Sp. Cassius Viscellinus III.	Proculus Verginius Tricoctus Rutilus.	268.

LEX

LEX AGRARIA PRIMA: quam promulgavit
Sp. Cassius Viscellinus. Hic anno proximo quasi de regno
 cogitasset damnatus, nefarii consilij pœnas morte persoluit.
 Hac lex semper agitata est maximis rerum Romanarum
 motibus. Vide *Zasium de lege Casta.*

3488. <i>Olymp.</i> 74.	Q. Fabius Vibulanus, <i>Valer. Max. l. 5. c. 8. dist. 2. de nece Sp. Cassij au- toris Legis Agrariae. Item lib. 6. c. 3. dist. 1.</i>	Ser. Cornelius Malugi- nensis.	269.
3489.	L. Aimilius Mamercinus.	K. Fabius Vibulanus.	270.
3490.	M. Fabius Vibulanus.	L. Valerius Potitus Vo- lufus.	271.
3491.	C. Iulius Iulus.	Q. Fabius Vibulanus II.	272.
3492. <i>Olymp.</i> 75.	K. Fabius Vibulanus II.	Sp. Furius Fufus.	273.
3493.	Cn. Manlius Vulfo Cin- cinnatus. <i>Atrox praelium Romanorũ cum Veientibus ac Etrus- cis, in quo occubuit Manlius Cos. Val. Max. l. 5. c. 5. dist. 2.</i>	M. Fabius Vibula- nus II.	274.
3494.	K. Fabius Vibulanus III. <i>Trecenti & sex homines nati ex gente Fabia, autore Cos. Fabio Senatum adeunt, & Veiens bellum deposcunt, vltro suam operam offerentes, & clientibus atq; amicis iuuantibus, suo sumptu id gerere & sustinere pollicentes. Dionys.</i>	T. Verginius Trico- stus Rutilus.	275.
3495.	L. Aimilius Mamerci- nus II.	C. Seruilius Structus Ahala: <i>Huic mor- tuo successus est</i> C. Cornelius Lentul, Esquilinus, C. Hora-	276.

3496, Olymp. 76. C. Horatius Pulvillus. T. Menenius Agrippæ F. Lanatus. 277.

Capta Cremera ex gente Fabia 306. homines interfecti sunt ab Etruscis. Dionys. Vide Gellium lib. 17. cap. 21. Plinius Secundus de viris illustrib. cap. 14. Romani cum aduersum Veientes bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum priuato nomine deposcit: & profecti trecenti sex, duce Fabio Consule, fuerunt. Cum saepe victores extitissent, apud Cremeram fluium castra posuerunt. Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt, ad qua progressi Fabij, in insidias delapsi, ad vnum occisione perierunt. Dies quod factum (18. Iulij) inter nefastos relatus. Porta, qua profecti fuerant, Scelerata est appellata. Ex ea gente ortus est Q. Fabius Maximus, qui Hannibalem mora fregit, Cunctator ab obtrektoribus dictus.

3497. A. Verginius Tricoctus Rutilus. Sp. Seruilius Structus. 278.

3498. P. Valerius Poplicola. C. Nautius Rutilus. 279.

3499. L. Furius Medullin, Fusus. A. Manlius Vulso Cincinnatus. 280.
LVSTRVM VIII. in lapidibus Capitolinis annotatur hoc anno factum: Eo censa esse ait Dionysius ciuium CXXX. millia & amplius.

3500. Olymp. 77. L. Aimilius Mamercinus III. Vopiscus Iulius Iulus. 281.

De huius anni seditionibus in vrbe Roma vide Liui. & Dionys. Nam plebs Romana pulsatis licitoribus impetum fecit in Coss. qui nisi è foro se proripuissent, perpetratum fuisset nefarium scelus. Hos motus excitauit Cn. Genucius

nucius Tribunus plebis, ob agrorum diuisionem, secundum legem Agrariam ante 13. annos à Sp. Cassio latam.

3501.	P. Furius Medullin, Fufus.	L. Pinarius Mamer- cinus Rufus.	282.
	<i>Lata est lex Voleronia, à Volerone tribuno plebis de plebeijs magistratibus, comitijs tributis, creandis. Haud parua res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur, sed qua patricijs omnem potestatem, per clientum suffragia creandi tribunos, quos uellent, ablatura erat. Ea res varijs certaminibus in annum sequentem extracta est. Liuius. Zafius.</i>		
3502.	T. Quinctius Barbatus Capitolin.	Ap. Claudius Sabinus Regillenf.	283.
	<i>Hoc anno primū tributis Comitijs Tribuni creati sunt lege Voleronia. Liuius.</i>		
3503.	L. Valerius Potitus Vo- lufus II.	Ti. Aimilius Mamer- cinus.	284.
3504. <i>Olymp. 78.</i>	A. Verginius Tricost. Cœlimon.	T. Numicius Priscus.	285.
3505.	T. Quinct. Barbatus Ca- pitolin II.	Q. Seruilius Priscus Structus.	286.
3506.	Ti. Aimilius Mamer- cinus II.	Q. Fabius Vibulanus.	287.
	<i>Hic est Q. Fabius, qui ex 306. Fabijs ante decennium ad Cremeram interfectis Romæ superfuerat.</i>		
3507.	Sp. Postumius Albus Regillenf.	Q. Seruilius Priscus Structus II.	288.
		Q. Fabius	

3508. | Q Fabius Vibulanus II. T. Quinctius Barbatus | 289.
 Olymp. | Capitolin. III.
 79. | LVSTRVM IX.

3509. | A. Postumius Albus | Sp. Furius Medullin | 290.
 Regillens. | Fufus.

Hoc anno Procos: Primus T. Quinctius creatus est, & contra Aequos cum exercitu sociali castris Rom. subsidio missus est. Sequentibus autem temporibus observatum est, ut si quis anno vno Cos. fuisset, anno sequenti Procos: diceretur, & prouinciam certam sortitus eam cum Consulari potestate administraret. Vide Cod. lib. I. tit. 35. de officio Procos.

3510. | P. Seruilius Priscus. | L. Aebutius Helua. | 291.

Roma saeuit atrocissima pestis, qua absumptus est uterque Consul. Noui Coss. magistratum inierunt Cal. Sextilibus.

3511. | L. Lucretius Tricipi- | T. Veturius Geminus | 292.
 tinus. | Cicurin.

C. Terentius Arsa Tribunus plebis contendit imminuendum esse imperium Coss. in plebem creatis Quinquuiris, qui leges Consulari imperio conscriberent. Hac res causam attulit Senatui, ut post decennium Roma crearentur Decemuiri, duplicato Quinquuitorum numero.

3512. | P. Volumnius Amintin. | Ser. Sulpitius Came- | 293.
 Olymp. | Gallus. | rin. Cornutus.
 80.

3513. | P. Valerius Poplicola II. | C. Claudius Sabinus | 294.
 Huic mortuo successus est | Regillens.
 L. Quinctius Cincinnatus.

B 2

Diony

Dionysius scribit, hunc Cincinnatum cum in rure suo agrum coleret, ab aratro ad Consulatum vocatum esse. Alij illud in eius Dictatura prima anno V. C. 296. factum scribunt, Alij in secunda V. C. 316. Herdonius Sabinus cum adiunxisset sibi ferme 4500 exulum & seruorum Capitolium nocte armata manu clam occupauit, Sed recuperato Capitolio interfectus est. Cecidit in ea pugna Valerius Cos. Totam historiam recensent Liu. Dionys. Orosius & Augustin. Ciuit. Dei lib. 3. cap. 17.

3514.	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginens. Cossus.	295.
	LVSTRVM X. Censaciuum capita 132. millia & 409.		

3515.	C. Nautius Rutilus II.	L. Minucius Augustinus.	296.
-------	------------------------	-------------------------	------

Hoc anno L. Quinctius Cincinnatus primam suam Dictaturam gessit: ad quam ex agro, quem colebat, eum vocatum esse scribit Dionysius. Alij ad secundam Dictaturam id referre malunt, qua hinc distat annis 20. Vide V. C. 316.

Valer. Max. lib. 2. cap. 7. distinct. 7. Quanto spiritu putamus usum L. Quinctium Cincinnatum Dictatorem eo tempore quo deuictis Aequis & sub iugum missis, L. Minutium Consulatum deponere coegit, quod castra eiusdem hostes obsederant? Indignum enim maximo imperio credidit, quem non sua virtus, sed fossa vallumq; tutum prestiterat: cuiq; verecundia non fuerat, arma Romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi XII. fascis, penes quos Senatus & equestris ordinis, & uniuersae plebis summum decus erat, quorumq; nutu Latium, ac totius Italia vires regebantur, contusi atq; fracti dictatoriae se animaduersioni substrauerunt. Ac
ne inul-

ne inulta foret laesa gloria militaris, Consul delicti omnium vindex punitus est. Idem lib. 5. cap. 2. dist. 2. Quid illa quoque iuventute Romana gratius? qua C. Nantio & Minutio Coss. ultra nomina sua militari Sacramento obtulit, ut Tusculanis, quorum fines Aequi occupauerant, praesidium ferrent: quia paucis ante mensibus constantissime & fortissime imperium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu nouum est, ne patria grata voluntas cessasse videretur, exercitus se ipse conscripsit.

3516. Olymp. 81.	C. Horatius Puluillus.	Q. Minutius Augurinus.	297.
<p>X. TRIBUNI PLEBIS FACTI: anno 36. d. creatis primis Tribunis plebis. Ita plures instituti sunt, qui Senatui aduersus plebem crudelius aut arrogantius agentibus aduersarentur.</p>			
3517.	M. Valerius Maxumus,	Sp. Verginius Tricoft. Caelimon.	298.
<p>LUDI SECVLARES PRIMI.</p>			
<p>Lex Scilia circa haec tempora lata, estque una ex sacris Legibus. Zafius & Dionys. lib. 10.</p>			
3518.	T. Romilius Rocus Vaticanus.	C. Veturius Geminus Cicurinus.	299.
<p>Plebs Romana militiam detrectauit: hac ratione factum, ut Legumlatores crearentur, qui aequa iura Senatui populoque Romano scriberent, & quibus utriusque viuerent. Sigon.</p>			
3519.	Sp. Tarpeius Capitolin.	A. Haterius Fontinalis.	300.
<p>ROMANI ATHENAS MITTUNT LEGATOS allaturos Legum formulas.</p>			
		B 3	His

*His Coss. quidam putant latim Legem Aterinam, quae
& Tarpeia dicitur, & ab Haterio Cos. denominata esse
existimatur.*

3520. Olymp. 82.	Sex. Quinctilius Nepos.	P. Horatius Terge- minus.	301.
------------------------	-------------------------	------------------------------	------

3521.	P. Sestius Capitolinus.	T. Menenius Lanatus.	302.
-------	-------------------------	----------------------	------

*Romanorum Legati Athenis reuersi XII. Ta-
bularum leges adferunt. Cic. de Oratore lib. 1. Fremant
omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas me hercule
omnium Philosophorum vnus mihi videtur XII. Tabu-
larum libellus, si quis legum fontes, & capita viderit, &
autoritatis pondere, & utilitatis vbertate superare.*

*Designati in annum sequentem Coss. Ap. Claudius
Regillensis, & T. Genucius Augurinus abdicarunt, vt
designarentur Decemviri.*

*DECEMVIRI ROMAЕ CREATI legum fe-
rendarum causa anno V. C. 302. Solin. Liuius.*

3522.	<i>Decemviri superiore anno creati assumptis ciuitatis gubernaculis Rempub. constituere aggressi sunt. Hæc fuit altera mutatio Reipub. Romana à Coss. ad Decemuiros translato imperio. Dionysius refert Decemuirorum gu- bernationem ad An. 3. Olymp. 82, & addit eos tenuisse imperium triennio. Nomina Decemuirorum huius & sequentis anni petantur ex Liuiio.</i>		303.
-------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--	------

3523.	<i>DECEMVIRI. Sub his Decemuiris exiuit Decemviratus in apertam tyrannidem. Estq; annus ante bellum ciuile Julij Cæs. 490.</i>		304.
-------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--	------

SECVN-

SECVNDA SECES

s i o plebis Rom. in Auentinum.

3524.
Olymp.
83.

DECEMVIRI AEDICARVNT FACTA 305.
secessione plebis in Auentinum, ob Appij Claudij facinus:
In eorum locum facti sunt Coss. quos alij ad hunc annum:
nos verò ad sequentem retulimus moti autoritate Diony-
sij. Nam is primos Tribunos Militum refert ad annū 3.
Olymp. 84: id est ad annum M. 3530. Hinc itaq; se-
cundo incipiunt discrepare numeri annorum V. C. in Coss.
Catalogo Golzij & nostro, ut distent biennio vsq; ad an-
num 366. Nos ex sententia Dionysij referimus Coss. se-
quentes ad an. 2. Olymp. 83. Liuius decad. 1. lib. 9.
Appij illius, qui Decemuir in annum creatus, altero an-
no se ipse creauit: tertio nec ab se, nec ab vlllo creatus priua-
tus fasces & imperium obtinuit, nec ante continuando ab-
stitit magistratu, quam obruerent eum malè parta, male
gesta, male retenta imperia.

Virginus filiam interfecit.

Decemuirorum potestas Roma sublata est, propter ten-
tatam ab Appio pudicitiam filiae Virginij: de quo sic Cicero
2. de finibus: L. Virginus 60. anno post libertatem re-
ceptam Virginiam filiam manu sua occidit, potius quam ea
Appij Claudij libidini, qui tunc erat summo in imperio, de-
deretur. Valer. Max. l. 6. cap. 1. distinct. 2. Virginus
plebeij generis, sed patricij vir spiritus, ne probro contami-
naretur domus sua, proprio sanguini non pepercit. Nam
cum Ap. Claudius Decemuir filiae eius virginis stuprum,
potestatis viribus fretus, pertinacius expeteret, dedu-
cit eam in forum puellam occidit, pudicamq; interemptor,
quam corrupta pater esse maluit. Vide Plinium Secun-
dum de viris illust. cap. 21.

Hoc

Hoc anno L. Sicinius Dentatus fortissimus miles Rom. interfectus est ex insidijs, de quo sic Valer. Max. l. 3. cap. 2. dist. 24. L. Sicinij Dentati opera honoresq; operum ultra fidem veri excedere iudicari possent: nisi ea certi auctores, inter quos M. Varro, monumentis suis testata esse voluissent: quem centies & vigesies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atq; corporis utentem, ut maiorem semper victoriae partem traxisse videretur. Sex & XXX. spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse, cum quibus in spectante viroq; exercitu ex provocatione dimicasset, XIII ciues ex media morte raptos seruasse, quinq; & XL. vulnera pectore excepisse, tergo cicatricibus vacuo. Nouem triumphales imperatorum currus secutum, totius ciuitatis oculos in se numerosa donorum pompa conuertentem. Praeferebantur enim aurea corona octo: ciuica XIII. murales tres: obsidionalis una: torques CLXXIII. armilla CLX. hasta XVIII. phalera XXV. ornamenta etiam legioni, nedum militi satis multa. Vide de eo Dionysium sub anno V. C. 299.

3525.	L. Valerius Poplicola Potitus.	M. Horatius Barbatus,	306.
3526.	Lar. Herminius Aquilinus.	T. Verginius Tricoft. Coelimon.	307.
3527.	M. Geganius Macerinus.	C. Iulius Iulus.	308.
3528. Olymp. 84.	T. Quinctius Barbatus Capitolin. IIII.	Agrippa Furius Medull. Fusus.	309.
3529.	M. Genucius Augurinus.	C. Curtius Philo.	310.
	His Coss. lata est lex à Canuleio Tribuno plebis de communicandis plebi patriciorum connubijs, quae Decemviri ante diremerant. Liu, TRIBV.		

3530.

TRIBUNI MILITVM CONSVLARI PO- 311.
 testate primum Romæ creati cæpti. Tertio mense quam
 inierant augurum decreto perinde ac vitio creati honore
 abiere, & eodem anno in eorum locum facti sunt Coss. L.
 Papirius Mugillanus, L. Sempronius Atratinus. Hic
 iterum mutata est forma Reipub. Romanæ, lata lege de
 Tribunis militum, consulari potestate promiscuè ex patri-
 tibus & plebe creandis. Primo itaq; loco Consulibus tres
 Tribb. Militum creati sunt L. Atilius Longus, T. Clæ-
 lius Sículus & A. Sempronius Atratinus. Hi post dies
 73. Magistratu deposito locū denuo Coss. fecerunt. Huius
 rei autor fuit C. Canuleius Trib. plebis, qui anno superio-
 re legem promulgauerat, ut alter Coss. ex plebe crearetur.
 Quæ lege etsi nihil aliud agebatur, quam ut Senatus atq;
 patriciorum potestas imminueretur: tamen Senatus pas-
 sus est creati Tribunos militum Consulari potestate. Ci-
 cero lib. 9. epist. 21. L. Papirius Mugillanus Cos. cum L.
 Sempronio Atratino fuit, cum antea Censor fuisset cum
 eodem, annis post Romam conditam 312. Hoc loco con-
 gruit numerus annorum V. C. cum supputatione Varro-
 nis, quam ubiq; secutus est Cicero.

3531.

M. Geganius Maceri-
nus II.T. Quinct. Barbat. Ca-
pitolin. V.

312.

PRIMI CENSORES ROMÆ
 CREATI, L. Papirius Mugillan. L. Sempronius
 Atratinus, qui L V S T R V M XI. condide-
 runt.

Volsi Ardeam urbem populo Rom. fæderatam duce
 Clælio obsidione premebant. Eos Geganius Coss. circum-
 uallauit, & in extremum periculum adauxit, & sub iu-
 gum missos ignominiosè dimisit. Consul Geganius trium-
 phauit duce Clælio ante currum ducto. Liuius.

C

Desinit

Desinit historia Dionysij Halicarnass. cuius reliqua pars iniuria temporum intercidit. Deficiente Catalogo Dionysij continuanda est series Coss. ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Tabulis Capitolinis, & ceteris autoribus.

3532. <i>Olymp.</i> 85.	M. Fabius Vibulanus.	Postum. Aebutius Helua Cornicen,	313.
3533.	C. Furius Pacilus Fufus.	M. Papirius Crassus.	314.
3534.	Procul. Geganius Macerinus.	L. Menenius Lanatus.	315.
3535.	T. Quinct. Barbatus Capitolin, VI, L. Quinctius Cincinnatus Dictator II.	Agrippa Menenius Lanatus.	316.
<p><i>L. Quinctio Cincinnato in agro aranti nunciatum est, ipsum Dictatorem esse factum: cuius iussu M. Equitum C. Seruilius Hala Sp. Melium regnum affectantem interemit. Cic. Senect. Alij referunt hunc euentum ad V. C. 296, quo L. Quinctius Cincinnatus primam Dictaturam gessit. Verum quocunq; tempore ex agro ad tantam dignitatem vocatus sit, satis apparet, virtutem tunc magis in honore & admiratione fuisse, quam diuitias, nec paupertatem fuisse probro, nisi his, quibus animus fortis ad eam ferendam deesset.</i></p>			
3536. <i>Olymp.</i> 86.	Mam. Aimilius Mamercinus L. Quinctius Cincinnatus, L. Iulius Iulus.	} Tribuni Militum,	317.
3537.	M. Geganius Macerinus III,	L. Sergius Fidenas, Mam.	318.

Mam. Aimilius Mamercinus Dictator *trium-*
phavit de Faliscis, Veientibus & Fidenatibus.

3538.	M. Cornelius Maluginens.	L. Papirius Crassus.	319.
3539.	C. Iulius Iulus II.	L. Verginius Tricoftus.	320.
	LVSTRVM XII. Cens. C. Furius Pa- cilus Fufus, M. Geganius Macerinus.		
3540. <i>Olymp.</i> 87.	C. Iulius Iulus III.	L. Verginius Trico- ftus II.	321.
3541.	Tribuni Militum.		322.
3542.			323.
3543.	T. Quinctius Pennus Cin- cinnatus.	C. Iulius Mento.	324.
3544. <i>Olymp.</i> 88.	L. Papirius Crassus, II.	L. Iulius Iulus.	325.
3545.	L. Sergius Fidenas II.	Hostus Lucretius Trici- pitanus.	326.
3546.	T. Quinctius Pennus Cincinnat, II.	A. Cornelius Cossus.	327.
	<i>CAVLVS CORNELIVS COSSVS COS.</i> <i>de Veientibus triumphavit, & spolia optima retulit, ho-</i> <i>stium duce Larte Tolumnio Rege ad Fidenas interfecto.</i>		
3547.	C. Servilius Ahala.	L. Papirius Mugillan, II.	328.
3548.	Tribuni Militum.	<i>Olymp.</i> 89.	329.
3549.			330.
3550.	LVSTRVM XIII. Cens. L. Papirius Crassus.		331.
		C 2 L. Sem-	

3551.	L. Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Vibulanus.	332.
3552.	Tribuni Militum. <i>Olymp. 90.</i>		333.
3553.	T. Quinctius Capitolinus.	M. Fabius Vibulanus.	334.
3554.	Tribuni Militum.		335.
3555.			336.
3556.	LVSTRVM XIII.		Cens. L. Papirius
3557.			Crassus. <i>Olymp. 91.</i>
3558.			337.
3559.			338.
3560.	<i>Olymp. 92.</i>		339.
3561.	M. Cornelius Cossus.	L. Furius Medullinus	340.
	LVSTRVM XV.		341.
3562.	Q. Fabius Ambustus.	C. Furius Pacilus.	342.
3563.	M. Papirius Mugillanus.	Sp. Nautius Rutilus.	343.
3564.	M. Aemilius Macerinus.	C. Valerius Potitus	344.
	<i>Olymp. 93.</i>	Volufus.	345.
3565.	Cn. Cornelius Cossus.	L. Furius Medullinus II.	346.
	<i>Questores primum ex plebe creati.</i> Liuius. Sigon.		
3566.	Tribuni Militum.		347.
3567.			348.
3568.	<i>Olymp. 94.</i>		349.
3569.			350.
3570.			351.
3571.	LVSTRVM XVI.		Cens. M. Furius Ca-
3572.	<i>Olymp. 95.</i>	millus, M. Postum. Albinus.	352.
3573.			353.
			354.
			LV-

3574.		355.
3575.		356.
3576.	L V S T R V M X V I I . <i>Olymp. 96.</i>	357.
3577.		358.
3578.	V E I I <i>capti à M. Furio Camillo, qui hoc anno fuit</i>	359.
3579.	<i>Dictator.</i>	360.
3580.	Camillus Faliscos <i>in ditionem populi Rom. rede-</i>	361.
<i>Olymp.</i>	<i>git, remisso ad illos puerorum magistro proditore. Liu.</i>	
<i>97.</i>	Plutarchus, Val. Max. l. 6. c. 5. d. 1.	
3581.	L. Lucretius Flauus. Ser. Sulpitius Camerin.	362.
3582.	L. Valerius Potitus Poplicola. M. Manlius Capitolinus.	363.
	L V S T R V M X V I I I . Cens. C. Iulius, Iulius, L. Papirius Cursor, in Mag. mort. <i>in eius locum successit</i> M. Cornelius Maluginensis.	
	<i>Dionysius ab exactis Regibus & à primis Coss. hucusq. supputat annos 119, qui numerus ad nostram dispositionem quadrat.</i>	
3583.	Tribuni Militum.	364.
	B E L L V M G A L L I C V M S E N O N I C V M.	
	Camillus à L. Apuleio Trib. pleb. <i>accusatus quod pradam Veientanam iniquè diuisisset, in exilium abiit, expletis an. 100. ab exilio Coriolani. Anno sequenti ab exilio reuocatus ob Gallorum aduentum. Val. Max. lib. 5. cap. 3. dist. 2.</i>	
3584.	Tribuni Militum. Et: Camillus Dictator II.	365.
<i>Olymp.</i>	M. Equit. L. Valerius Potitus Poplicola.	
<i>98.</i>		

ROMA CAPTA A GALLIS.

Pugna Alliensis, qua Romani à Gallis Senonibus victi sunt die 18. Julij, ad Alliam flumen. Lapidés Capitolini habent Romæ captæ annum 363. Plinius 364. Livius & Dionysius 365.

Historiam captæ urbis lege apud Livium. Roma fuit in potestate Gallorum septem fermè mensibus. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. dist. 7. Romani à Gallorum exercitu pulsî, cum se in Capitolium & in arcem conferrent, inq; his collibus morari omnes non possent, necessarium consilium in plana urbis parte seniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius iuventus reliquias imperij tueretur. Ceterum ne illo quidem tam misero, tamq; luëtuofo tempore, civitas nostra virtutis suæ oblita est: Senes enim defuncti honoribus, apertis ianuis, in curulibus sellis, cum insignibus magistratum, quos gesserant, sacerdotiorumq; quæ erant adepti, confederunt, ut & ipsi in occasu suo splendorem & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad fortius sustinendos casus suo vigore prouocarent. Venerabilis eorum aspectus, primo hostibus fuit, & novitate rei, & magnificentia cultus, & ipso audaciæ genere commotis. C. Atilius barbam suam permulcenti Gallo Scipionem vehementi ictu capiti inflixit, eiq; propter dolorem ad se occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. Capi ergo virtus nescit, patientia de decus ignorat. Idem, lib. 5. cap. 1. dist. 10. Urbe à Gallis captâ cum Flamen Quirinalis virginesq; Vestales sacra onere partito ferrent, easq; pontem Sublicium transgressas, & cliuum, qui ducit ad Ianiculum descendere incipientes. L. Aluanus plauastro coniugem & liberos vehens aspexisset, propior publica religioni, quam privata caritati, suis ut plauastro descenderent, imperavit: atque in id virgines & sacra imposita, omisso cæpto itinere, Cære in oppidum peruexit.

Dicta-

3585. Dictator **Furius Camillus III.** Et Tribuni Militum an. 22. 366.
 Galli Roma expulsi à Camillo Dictatore.

Deinceps est discrepantia unius anni inter numeros Golzij & nostros, usq; ad annum V. C. 421. Golzius orditur 22. annos, excluso anno V. C. 366. nos eum includimus, secuti Diodorum lib. 15, qui Tribunis Militum sub quibus capta est Roma surrogat an. seq. alios Tribunos Militum, qui Consulari potestate praeferunt. Cassiodorus etiam inter Coss. L. Valerium potitum & M. Manlium interponit an. 24, non connumeratis Coss. L. Aemilio Mamercus, & L. Sextio. Praeterea mouent nos tria testimonia: primum Liuij, qui V. C. 400. secundum Varronem refert ad Coss. Sulpitium Peticum III. Secundo Ciceronis, qui primam Decij deuotionem refert (lib. 9. Epist. fam. ep. 21.) ad V. C. 415, quod congruit nobiscum secundum Varronem. Tertio Plinij, si pro 369. legatur 379. adiecto numero denario qui ibi omissus est. Et in anno captae Romae necessario sequimur Dionys. & non lapides Capitolinos.

3586.	Tribuni Militum.	367.
3587.		368.
3588.	Olymp. 99.	369.
3589.		370.
3590.	M. Manlius ob affectati regni crimen à Tribunis Militum accusatus de saxo Tarpeio deiectus est. Liu.	371.
3591.		372.
3592.	Olymp. 100.	373.
3593.		374.
3594.		375.
3595.		376.

LV.

6.	L V S T R V M X I X. Cens. Spurius Serui lius Priscus; Q. Cloelius Siculus.	377.
Olymp. 101.		
3597.	Tribuni Militum.	378.
<p><i>Hoc anno quintum mutata est Reipub. Romana forma, translata consulari potestate à Trib. Militum ad Tribunos plebis, qui Rempub. administrarunt quinquennio (alij quadriennio). Nam C. Licinius Caluus. L. Sextius Sextinus Lateranus, tribuni plebis comitia per intercessionem tollentes effecerant, ut Tribuni pleb. consulari potestate praessent. Ita quinquennio Magistratuū Curulium solitudo fuit in vrbe: nec antè discessiones inter Nobilitatem & plebem sublatae sunt, quam nono inde anno, quo M. Furius Camillus Dictator V. factus est. Qui reconciliatis ordinibus Concordiae adem ex S. C. posuit & dedicauit. Plinius lib. 16. c. 44. scribit, anno V. C. 369 (legendum 379.) fuisse urbem sine magistratibus. Congruunt secundum Varronem, si decennij omisi numerum adicias.</i></p>		
3598.	Tribuni plebis.	379.
3599.		380.
3600.	Olymp. 102.	381.
3601.		382.
3602.	Tribuni pl. & Tri. Mil.	383.
3603.		384.
3604.	Olymp. 103.	385.
3605.	Hoc anno Dictat. & Mag. Eq. sine Curulib. Magist. fuerunt. Camillus Dictator III.	386.
3606.	Tr. Mil. M. Furius Camillus Dictator V.	387.
	CON-	

3607.	CONSVLES E PLEBE PRI- MVM CREARI COEPTI.		388.
	L. Aimilius Mamercinus.	L. Sextius Sextinus Lanterans, primus e plebe.	
	Primus Prætor & primi Aediles Curules Romæ creati.		
	<i>Hinc ad Ciceronis Praturam 300.</i>		
3608.	L. Genucius Auentinensis.	Q. Seruilius Ahala.	389.
<i>Olymp. 104.</i>	<i>His Coss. Camillus Dictator mortuus est anno 25. (inclusiue) post captam Romam. Liu.</i>		
3609.	C. Sulpitius Peticus.	C. Licinius Caluus.	390.
	<i>Ludi Scenici primum instituti. Liuius. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. dist. 4. Augustin. Ciuit. lib. 3. cap. 17.</i>		
3610.	L. Aimilius Mamercinus II.	Cn. Genucius Auentinens.	391.
	LVSTRVM XX. Cens. M. Fabius Ambustus; L. Furius Medullinus.		
3611.	Q. Seruilius Ahala II.	L. Genucius Auentinensis II.	392.
	<i>Insigne exemplum pietatis filij erga parentem propositum in L. Manlio, qui parentem iudiciali periculo liberavit. Lege apud Lysium. Cicer. 3. Offic. Valer. Max. lib. 5. cap. 4. dist. 3.</i>		
	<i>M. Curtius equo insilit in vastum specum, qui ab ipso Lacus Curtius appellatus. Liu. Valer. Max. lib. 5. c. 6. dist. 2. Liuius tamen addit, in hac narratione standum esse fame, ut certam derogat vetustas fidem.</i>		
	D	C. Lici-	

3612. Olymp. 105.	C. Licinius Calvus II. C. Sulpicius Peticus II. <i>Galli Ancenem fluvium transgressi non procul ab urbe Roma castra ponunt. Huc pertinet Monomachia Manly Torquati & Galli, cui Manlius Torquem in pugna detra- xit, sibiq; tam torquem, quam nomen Torquati induit. Ci- cero, Vide Gellium lib. 9. cap. 13.</i>	393.
3613.	M. Fabius Ambustus, C. Pætelius Libo Visolus.	394.
3614.	M. Popillius Lœnas, Cn. Manlius Capitolin Imperiosiss.	395.
3615.	C. Fabius Ambustus, C. Plautius Proculus. LEX AMBITVS PRI- MVM LATA.	396.
3616. Olymp. 106.	C. Marcius Rutilus, Cn. Manlius Capitolin, Im- periosiss. II.	397.
3617.	M. Fabius Ambustus II, M. Popillius Lœnas II. <i>C. Martius Rutilus inuitis patricijs primus è plebe Dictator est dictus, qui oppressis hostibus sine patrum au- toritate iussu populi triumphauit.</i>	398.
3618.	C. Sulpicius Peticus III, M. Valerius Poplicola. <i>Liuius hos Coss. refert ad annum Urb. C. 400: con- gruit secundum Varronem. Sed addit hunc esse annum 35. à Roma capta (inclusiue).</i> <i>Hoc anno post longas altercationes creati sunt duo Coss. ex patricijs, qui agrè ferebant tum Consulatus, tum Dicta- tura honorem esse plebi communem cum Senatoribus & nobilitate.</i>	399.
	M. Fa.	

3619.	M. Fabius Ambustus III.	T. Quinctius Pennus Capitolin. Crispinus.	400.
3620. <i>Olymp.</i> 107.	C. Sulpicius Peticus IIII.	M. Valerius Poplicola II.	401.
3621.	P. Valerius Potit, Poplicola.	C. Martius Rutilus II.	402.
3622.	C. Sulpicius Peticus V.	T. Quinctius Pennus Cincinnat.	403.
L V S T R V M XXI. Censs. Cn. Manlius Capitolin. Imperiosiss. C. Martius Rutilus.			
3623.	M. Popillius Lœnas III.	L. Cornelius Scipio.	404.
3624. <i>Olymp.</i> 108.	L. Furius Camillus.	Ap. Claudius Crassus Sabin. Regillens.	405.
<i>M. Valerij cum Gallo pugna. Coruus pugnatem adiuuit Valerium: Vnde Coruini seu Corui cognomen accepit.</i>			
3625.	M. Popillius Lœnas IIII.	M. Valerius Coruus, al. Coruinus.	406.
3626.	C. Plautius Ypsæus.	T. Manlius Imperiosiss. Torquatus.	407.
3627.	M. Valerius Coruus II.	C. Poetilius Libo Vifolus.	408.
L V D I S E C V L A R E S II. F A C T I.			
		D 2	M. Fa-



3628. Olymp. 109.	M. Fabius Druso.	Seruius Sulpicius Came- rinus.	409.
-------------------------	------------------	-----------------------------------	------

3629.	C. Marcius Rutilus III.	T. Manlius Imperio- siss. Torquat. II.	410.
-------	-------------------------	-------------------------------------------	------

3630.	M. Valerius Corvus III.	A. Cornelius Cossus Aruina.	411.
-------	-------------------------	--------------------------------	------

Hi Coss. primi Samnitibus arma intulerunt.

BELLVM SAMNITICVM duravit an. 71.

LVSTRVM XXII.

3631.	Q. Seruilius Ahala.	C. Marcius Rutilus. IIII.	412.
-------	---------------------	---------------------------	------

3632. Olymp. 110.	L. Aemilius Mamer- cinus.	C. Plautius Ypsæus II.	414.
-------------------------	------------------------------	------------------------	------

3633.	T. Manlius Imperiosiss. Torquat. III.	P. Decius Mus.	413.
-------	------------------------------------------	----------------	------

BELLVM LATINVM II.

Decius Consul se deuouit pro legionibus Rom. Valer. Max. lib. 5. cap. 6. dist. 5. Decius, qui Consulatum in familiam suam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatum, & penè iam prostratam videret, caput suum pro salute Reipub. deuouit: Ac protinus concitato equo, in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit: factaq; ingenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit. Ex cuius vulneribus & sanguine insperata victoria emerfit.

T. Man-

T. Manlius Cos. gerens bellum cum Latinis edixit, ne quis extra ordinem pugnaret: Eius edicti oblitus T. Manlius Cos. filius, prouocatus à Geminio Metio Tusculanorum equitum praefecto, cum illis confligit, & prouocato-rem hasta confodit. Deinde ubi comitante turma ac ve-
lut ouante spolijs ornatus ad patrem tenderet, ille mox in conspectu omnium, filium, quod extra ordinem in hostem pugnasset, ad palum deligari, deinde virgis ex more cæ-
di, postremo securi percussus iussit. Iuuenis corpus spolijs con-
nectum, quantum militaribus studijs funus vllum conce-
lebrari potest, structo extra vallum rogo, crematum est.
Hinc adagium: Manliana imperia. Linius. Gell. l. 9. cap. 13. Valer. Max. lib. 9. cap. 3. dist. 4. Item, lib. 2. cap. 7. dist. 6. Manlius in tantum odium iuuentutis Romanae venit, ut cum victor Romam reuerteretur, & se-
niores omnes cum laticia ei occurrerent, nemo iuniorum obuiam ei processerit. Hinc & cognomen Imperiosi vulgo additum est Manlio.

Hoc anno, teste Lino, Dictator fuit L. Papyrius Cras-
sus: & Mag. Eq. L. Papyrius Cursor. Hanc Dictaturam refert Cicero ad an. V. C. 415: idq; congruit secundum Varronem. Vide Epist. famil. lib. 9 Epist. 21.

3634.	T. Aemilius Mamercinus.	Q. Publilius Philo.	415.
3635.	L. Furius Camillus.	C. Mœnius Nepos.	416.
	Suggestum Romae in foro extructum, idq; Rostra di- ctum est.		
3636. Olymp. III.	C. Sulpicius Longus.	P. Aelius Pætus.	417.
3637.	L. Papyrius Crassus,	K. Duillius Nepos.	418.
		D 3 Cic.	

Cic. lib. 9. Epist. famil. Ep. 21. scribit, L. Papyrium Crassum fuisse Cos. cum C. Duillio, quadriennio post Dictaturam quod ad nostram dispositionem quadrat.

3638. M. Valerius Corvus III. M. Atilius Regulus. 419.

3639. T. Veturius Calvinus. Sp. Postumius Albinus. 420.

Hoc loco alij interponunt Coss. L. Papyrium Cursorem, C. Petiliū Libonem Visolum II. Eos nos omittimus, cum apud Liuium, Diodorum, & Castiodorum non reperiantur. Deinceps concordant nostri anni cum plerisque Catalogis Coss. editis à Sigonio & alijs.

3640. A. Cornelius Cossus Cn. Domitius Calvinus. 421.
Olymp. Aruina II.
112.

L V S T R V M XXIII. Cens. Q. Publilius Philo. Sp. Postumius Albinus.

Sigonio quoque huius anni Coss. cadunt in annum V. C. 421.

3641. C. Valerius Potitus M. Claudius Marcellus. 422.
Flaccus.

De matronis Romanis quae in virorum suorum perniciem venena coxerant, vide Liuium, Valer. Max. lib. 2. cap. 5. dist. 3. veneficij questio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere orta est: Quae cum viros suos clandestinis insidijs veneno perimerent, unius ancilla indicio protracta, pars capitali iudicio damnata, centum septuaginta numerum expleuerunt.

L. Pa-

3642.	L. Papyrius Crassus II.	L. Plautius Venno.	423.
3643.	L. Aemilius Mamercinus Priuernas II.	C. Plautius Ypsæus Decianus.	424.
3644. Olymp. 113.	P. Cornelius Scapula.	C. Plautius Proculus, qui postea Venox appellatus est.	425.
3645.	L. Cornelius Lentulus.	Q. Publius Philo II.	426.
3646.	L. Papyrius Mugilanus.	C. Pætelius Libo Visolus III.	427.
3647.	L. Furius Camillus II.	D. Iunius Brutus Scæua.	428.
3648. Olymp. 114.	Dictator L. Papyrius Cursor, & Mag. Eq. L. Papyrius Crassus ; sine Coss. Magistratum continuerunt.		429.

LVSTRVM XXIII.

Valer. Max. lib. 2. cap. 7. dist. 8. Papyrius Dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rullianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset, quanquam suis Samnitibus in castra redierat, tamen neq. virtute eius, neque successu, neque nobilitate motus, virgas expediri, eumq. nudari iussit. O spectaculum admirabile, & Rullianus, & magister equitum, & victor sussa veste, spoliatoq. corpore, licetorum verberibus lacerandus: ut in acie exceptorum vulnere nodosis ictibus cruore renouato, victoriarum, quos modo speciosissimos erat adeptus, titulos, respergeret. Precibus deinde suis exercitus occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit, ubi frustra Senatus auxilium implorauit. Nihilominus enim Papyrius in exigenda

da pœna perseueravit : itaq; coactus est pater eius, post Di-
ctaturam, tertiumq; consulatum, rem ad populum deuo-
care, auxiliumq; Tribunorū plebis supplex pro filio petere.
Neq; hac re seueritas Papyri refrenari potuit : Caterum,
cum ab vniuersis ciuibus, & ipsis Tribunis plebis rogare-
tur, restatus est, non pœnam illam se Fabio, sed populo Rom.
& Tribunicia concedere potestati.

3649.	C. Sulpicius Longus II.	Q. Aulius Cerretanus.	430.
3650.	Q. Fabius Maximus Rul- lianus.	L. Fuluius Curuus.	431.
3651.	T. Veturius Caluinus II.	Sp. Postumius Albi- nus II.	432.

CLADES CAVDINA. Romani apud
Caudium victi.

Oros. lib. 3. cap. 15. Cum superiore bello viginti mil-
lia Samnitum, Fabio Magistro equitum pugnam conseren-
te cecidissent, circumspectiore cura Samnites ac magis in-
struēto apparatu apud Caudinas furculas confederunt.
Vbi cum Veturium & Postumium Consules, omnesq; co-
pias Romanorū angustijs locorum armisq; clausissent, Pon-
tius Dux eorum in tantum abusus est victoria securitate,
ut Herennium patrem consulendum putaret, utrum occi-
deret clausos, an parceret subiugatis : ut viuos tamen de-
decori reseruaret, elegit. Romanos enim antea sepius me
vinci & occidi, nunquam autem capti, aut ad deditiōem
cogi potuisse constabat. Itaq; Samnites victoria potiti,
vniuersum exercitum Romanum turpiter captum, armis
etiam vestimentisq; nudatum, tantum singulis vilioribus
operimentis ob verecunda corporum tegenda concessis, sub
iugum

iugum missum, seruitioq; subiectum, longum agere pompe ordinem preceperunt. Sexcentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis, oneratos ignominia, ceteris rebus vacuos, Consules remiserunt.

Cicero lib. 3. Offic. T. Veturius & Sp. Postumius cum iterum Coss. essent, quia cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. In iussu enim populi, Senatusq; fecerant: Eodemq; tempore T. Numitius, Q. Atilius, qui cum Tribuni plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitum repudiaretur. Atq; huius deditio ipse Postumus, qui dedebatur, suator & autor fuit.

Valer. Max. lib. 5. cap. 1. dist. 5. Campani exercitum nostrum cum Consulibus apud Caudinas furcas, sub iugum à Samnitibus missum: nec inermem tantum, sed etiam nudum urbem suam intrantem: perinde ac victorem & spolia hostium præ se ferentem venerabiliter exceperunt: proinusq; Consulibus insignia honoris, militibus vestem, arma, equos, com meatum benignissime prestando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutarunt.

Velleius ab bis Coss. ad Vinicium Cos. numerat annos 350: quæ ratio cum nostra exactè congruit. Incidit autem Vinicij Consulatus in annum (secundum Dionys.) 782.

3652. Olymp. 115.	L. Papyrius Cursor II.	Q. Publilius Philo III.	433.
-------------------------	------------------------	-------------------------	------

3653.	L. Papyrius Cursor III.	Q. Aulius Cerretanus II.	434.
-------	-------------------------	--------------------------	------

	E	L. Plau-	
--	---	----------	--

3654.	L. Plautius Venno.	M. Foflius Flaccinator.	435.
	LVSTRVM XXV. Censf. L. Papirius Crassus. C. Moenius Nepos.		
3655.	Q. Aimilius Barbula,	C. Iunius Bubulcus Brutus.	436.
3656. <i>Olymp.</i> 116.	Sp. Nautius Rutilus,	M. Popillius Loenas.	437.
3657.	L. Papirius Cursor IIII.	Q. Pobilius Philo IIII.	438.
3658.	M. Pœtelius Libo.	C. Sulpicius Longus III.	439.
3659.	L. Papirius Cursor V.	C. Iunius Bubulcus Brutus II.	440.
3660. <i>Olymp.</i> 117.	M. Valerius Maximus,	P. Decius Mus,	441.
	BELLVM ETRVSCVM IIII.		
	LVSTRVM XXVI. Censf. Appius Claudius Cœcus, <i>Appia via munita est Rome, & nomen sortita ab Appio Censore.</i> C. Plautius Proculus Venox.		
3661.	C. Iunius Bubulcus Brutus III.	Q. Aimilius Barbula II.	442.
	<i>Tibicines Roma solebant in foro vulgi oculos in se convertere, dum inter publicas priuatasq; ferias concentus edebant. Cumq; à proximi anni Censorib. prohibiti essent, antiquo more vefci in ade Iouis, irati Tibur se contulerunt. Quorum ministerio, cum Senatus sacra deserri non aquo</i> <i>animo</i>		

animo ferret, per legatos ad Tiburtibus petijt, ut eos Romanis templis restituerent. Quos illi in proposito perseverantes, interposita festa epulationis simulatione vino somnoq; sopitos plaustis in urbem devehendos curauerunt, quibus & honos pristinus est restitutus. Valer. Max. lib. 2. cap. 5. distinct. 4.

3662.	Q. Fabius Maximus C. Rullian, II.	Marcus Rutilus, qui postea Censorinus appellatus est.	443.
-------	-----------------------------------	-------------------------------------------------------	------

3663.	Dictator. M. Equitum.	} sine Coss fuerunt.	444.
-------	-----------------------	----------------------	------

3664. Olymp. 118.	P. Decius Mus II,	Q. Fabius Maximus Rullianus III.	445.
-------------------------	-------------------	----------------------------------	------

3665.	Ap. Claudius Coecus,	L. Volumnius Flamma Violens.	446.
LVSTRVM XXVII. Cens. M. Valerius Maximus, C. Iunius Bubulcus Brutus.			

3666.	Q. Marcius Tremulus.	P. Cornelius Aruina,	447.
-------	----------------------	----------------------	------

3667.	L. Postumius Megellus.	Ti. Minucius Augurinus, in praelio occisus est. In eius locum factus est M. Fulvius Curvius Pætinus.	448.
-------	------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------	------

3668. Olymp. 119.	P. Sempronius Sophus,	P. Sulpicius Saverrio,	449.
-------------------------	-----------------------	------------------------	------

LVSTRVM XXVIII. Cens. Q. Fabius Maxim, Rullianus. P. Decius Mus,

E 2 C. Fla-



C. Flavius Scriba Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum euulgauit, & FASTOS circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur. Id munus adeo gratum fuit populo, ut Flavius fieret Trib. plebis & Senator & Aedilis Curulis. Hinc liber qui actiones continet, appellatur ius ciuile Flavianum.

3669.	Ser. Cornelius Lentulus.	L. Genucius Auentinensis.	450.
3670.	M. Liuius Denter.	M. Aimilius Paulus.	451.
3671.	Dictator, M. Equitum.	} sine Coss.	452.
3672. Olymp. 120.	Q. Appuleius Panfa.	M. Valerius Coruus V.	453.
3673.	M. Fuluius Patinus.	T. Manlius Torquatus. <i>Huius mortuo successit</i> M. Valerius Coruus VI.	454.
<p>LVSTRVM XXIX. Cens. T. Sempromius Sophus. P. Sulpicius Sauerrio.</p> <p><i>Plinius & Cicero scribunt, inter primum & sextum Consulatam Coruini intercessisse annos 46. Quaedam exemplaria Valerij Maximi habent 47: Et nos cum lapidibus Capitolinis ponimus annos 47, inter primum & vltimum Consulatam M. Corui. Vide an. V. C. 406.</i></p>			
3674.	L. Cornelius Scipio.	Cn. Fuluius Maxim. Centumalus.	455.

Q. Fa-

3675. | Q. Fabius Maxim, Rul- | P. Decius Mus III. | 456.
lian. IIII.

3676. | Ap. Claudius Cœcus II. | T. Volumnius Flam- | 457.
Olymp. | ma Violens II.
121.

*Cicero in Cato: ait, inter duos Consulatus Appij Clau-
dij Cœci interfluxisse annos decem: & inde rursus 17. ad
orationem Appij qua pacem & fœdus cum Pyrrho dissua-
sit. Hi numeri ad nostram dispositionem congruunt.*

3677. | Q. Fabius Max, Rul- | P. Decius Mus IIII. | 458.
lian. V.

*PUGNA AD CLVSIVM, in qua cum equitatus
Romanus à Gallis in fugam verteretur, Decius Cos. se de-
uouit pro Romanis, morteq; sua victoriam ciuibus tradi-
dit. Idem pater eius fecerat ante annos 44. Anno V. C.
414. Cæsa sunt eo die hostium 25 millia: capta octo mil-
lia. Ex Decij exercitu cæsa 7000: ex Faby copijs 1200.
Valer. Max. lib. 5. cap. 6. dist. 6. Decius filius in quar-
to Consulatu patris exemplum secutus, deuotione simili,
aque strenua pugna, consentaneo exitu labantes perditasq;
vires urbis nostræ correxit. Itaq; dignosci arduum est,
virum Romana ciuitas utilius habuerit Decios duces: an
amiserit: quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit,
mors fecit ut vinceret. Liuius est annus 46. belli Samni-
ci: scilicet expletus.*

3678. | L. Postumius Megellus II. | M. Atilius Regulus. | 459.

*LVSTRVM XXX. Cens. P. Cornelius
Arũna, C. Marius Rutilus, qui postea Censo-
rinus appellatus est.*

E 3

L. Pa

3679.	L. Papirius Cursor,	Sp. Caruilius Maximus.	460.
<p><i>Cesa sunt Samnitum 30340 : capta 3870. Capta item signa militaria 97. Liu. Plinius lib. 7. scribit, Papirium Cursorem hoc anno statuisse Romae Solarium horologium.</i></p>			
3680. Olymp. 122.	Q. Fabius Maximus Gurges,	D. Iunius Brutus Scæua.	461.
<p><i>Hoc anno Aesculapius serpens Romam aduectus est. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. dist. 2.</i></p> <p><i>Desinit prima Decas Liuij. Tota secunda Decas interijt, qua iactura amisimus historiam annorum 70.</i></p>			
3681.	L. Postumius Megellus III,	C. Iunius Brutus Bulcus.	462.
3682.	P. Cornelius Rufinus,	M. Curius Dentatus.	463.
<p><i>Cicero in Cato: ait Curium fuisse Cos. quinquennio post Decij filij deuotionem : id cum nostra supputatione congruit. Orosius : Curio Cos. cum Sabinis bellum gestum est, ubi quot millia hominum interfecta, quot capta sint, ipse Consul ostendit. Qui cum in Senatu magnitudinem acquisiti agri Sabini & multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit.</i></p>			
<p><i>M. Curius Cos. ad focum sedens, & rapis coquendis vacans, aurum oblatum à Samnitibus aspernatus est : male se dictitans, aurum habentibus imperare : quam aurum habere : quod talis cæna non indigeret multo auro. Cic. Vide Valer. Max. lib. 4. cap. 3. dist. 5. Et Plutarch. Apoph.</i></p>			
M. Vale			

3683. | M. Valerius Corvinus. | Q. Cœdicius Noctua. | 464.

L V S T R V M X X X I.

3684. | Q. Marcius Tremulus II. | P. Cornelius Arui- | 465.
Olymp. | na II.
123.

I I I . V I R I C A P I T A L E S P R I -
M I R O M Æ C R E A T I .

3685. | M. Claudius Marcellus. | C. Nautius Rutilus. | 466.

3686. | M. Valerius Potitus | C. Aelius Pætus. | 467.
Maximus.

S E C E S S I O P L E B I S I N
I A N I C V L V M .

*Estq; hæc tertia Secessio Romanae plebis à Magistratib.
urbanis.*

*LEX HORTENSIA lata à Q. Hortensio Dicta-
tore: Nam cum plebs Romana (ut inquit Florus) propter
as alienum secessisset in Ianiculum, creatus Dictator Q.
Hortensius plebem inde deduxit, legemq; tulit, ut omnes
Quirites plebiscita non minus ac reliquæ leges tenerent.
Zasius. Gell. lib. 15. cap. 25. Plin. lib. 6. cap. 10.*

3687. | C. Claudius Canina. | M. Aimilius Lepidus. | 468.

3688. | C. Servilius Geminus | L. Cæcilius Metellus, | 469.
Olymp. | Tucca.
124.

3689. | P. Cornelius Dolabella, | Cn. Domitius Calui- | 470.
nus,

Pugna

Pugna ad lacum Vadimonis, in qua Galli cæsi sunt à Romanis.

Oros. His Coss. Lucani, Brutij Samnites cum Etruscis & Senonibus Gallis facta societate contra Romanos bellum moliti sunt. Romani ad exorandos Gallos miserunt legatos, quos Galli (violato iure gentium) interfecerunt. Augustin. Ciuit. Dei, lib. 3. cap. 17. scribit, oppressum esse Romanum exercitum cum pratore Cacilio, septemq; tribunos & 13. millia militum Romanorum simul perysse

3690. C. Fabricius Luscinus. Q. Aimilius Papus. 471.

3691. L. Aimilius Barbula. Q. Martius Philippus. 472.

BELLVM TARENTINVM ET
CVM REGE PYRRHO.

3692. P. Valerius Læuinus. Ti. Coruncanius Nepos. 473.

Olymp.
125.

LVSTRVM XXXII. Cens. Ti. Coruncanius Nepos; Cn. Domitius Caluinus.

*Pugna Pyrrhi Regis cum Coss. Leuino, apud Hera-
cleam.*

3693. P. Sulpicius Sauerrio, P. Decius Mus. 474.

Ap. Claudius Cæcus orationem habuit, ne cum Rege Pyrrho pax fieret, cum Senatus ad fædus ac pacem cum Rege faciendam inclinaret: Hic non dubitauit ea, quæ verbis complexus est Ennius commemorare:

*Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac dementi sese flexere ruina. Cic. Senect.*

Secun-

*Secunda pugna Romanorum cum Pyrrho ad Asculum:
Cafa Romanorum 500. Pyrrhi 20000.*

3694. C. Fabricius Luscinus II. Q. Aemilius Pa- 475.
pus II.

*Quidam perfuga pollicitus est Fabricio Cos. si premium
sibi daretur, in castra rediturum, & Regem Pyrrhum ve-
neno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad
Pyrrhum: additis literis, videret quales milites sociosue
haberet: sed Romani non consuesse veneno potius, quam
virtute vincere: proinde ab ijs ne timeret. Quod factum
eius a Senatu laudatum est. Cic. 3. Offic.*

3695. P. Cornelius Rufinus II. C. Iunius Brutus Bu- 476.
bulcus II.

3696. Q. Fabius Maximus Gur- C. Genucius Clepsi- 477.
Olymp. ges II, na.
126.

3697. M. Curius Dentatus II. L. Cornelius Lentulus 478.
Caudinus.

L V S T R V M XXXIII. Cens. C. Fabri-
cius Luscinus, Q. Aemilius Papus.

*Tertia & ultima pugna Pyrrhi cum Romanis in cam-
pis Arusinis. Pyrrhus victus & Italia pulsus a Curio
Cos.*

3698. Ser. Cornelius Merenda. M. Curius Denta- 479.
tus III.

F C. Fa-

3699.	C. Fabius Durso Licinus <i>in Mag. mortuus est. In eius locum successus est</i>	C. Claudius Canina II.	480.
	C. Fabricius Luscinus III.		
3700. Olymp. 127.	L. Papyrius Cursor II.	Sp. Carvilius Maximus II.	481.
	L V S T R V M XXXIII. Cens. M. Curius Dentatus, L. Papyrius Cursor.		
	<i>Tarentinis victis pax data est, & finitum bellum Samniticum, cum durasset annis 71. Hac victoria magna pars Italia in potestatem Rom. redacta est, victis praesertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulo ante quoque Etruscis.</i>		
3701.	C. Quinctius Claudus.	L. Genucius Clepsina.	482.
	<i>Milites Romani qui Rhegium oppidum iniusto bello occupauerant, iussu Senatus in foro Romano virgis caesi & securi percussi sunt. Valer. Max. lib. 2. cap. 7. dist. 15. Polyb.</i>		
3702.	C. Genucius Clepsina II.	Cn. Cornelius Blasio.	483.
3703.	C. Fabius Pictor.	Q. Ogulnius Gallus.	484.
	<i>Hoc anno populus Romanus argento signato ex S. C. primum uti cepit. Plin. lib. 33. Argentum signatum est anno urbis 485. Q. Fabius Cos. annis quinque ante primum bellum punicum. Congruit secundum Varronem.</i>		
3704. Olymp. 128.	P. Sempronius Sophus.	Ap. Claudius Crassus.	485.
	<i>Velleius dicit, hos gessisse Consulatum quinquennio post Cos. Claudium Caninam,</i>		
		Terre	

Terra motus factus, cum duae acies Romanorum & Picentum initura essent praelium. Sempronius Dux tremente inter praelium campo, Tellurem Deam placavit, promissa ei noui templi extructione. Flor. Oros. Front.

Picentes à Romanis victi. Coss. de Picentib. triumpharunt. Conditae à Romanis urbes Ariminum & Beneuentum.

3705.	M. Atilius Regulus.	L. Iulius Libo.	486.
	Bellum Roman. cum Salentinis. Eutrop. Pales in praelio sibi templum poscit. Florus.		

3706.	M. Fabius Pictor.	D. Iunius Pera.	487.
-------	-------------------	-----------------	------

3707.	Q. Fabius Maximus Gurges III.	L. Mamilius Vitulus.	488.
-------	-------------------------------	----------------------	------

LVSTRVM XXXV. Cens. Cn. Cornelius Blasio. C. Marcius Rutilus II. qui hoc anno Censorinus appellatus est.

Hoc anno bellum Punicum primum excitatum est: sequenti susceptum.

3708. Olymp. 129.	Ap. Claudius Caudex.	M. Fulvius Flaccus.	489.
-------------------------	----------------------	---------------------	------

Primum bellum Punicum gestum à Romanis aduersus Carthagenenses: durauit annis 23.

Ap. Claudius Cos. vincit Hieronem, & Syracusas obsidet. Hac prima populi Romani cum exercitu extra Italiae profectio fuit. Linius decad. 4. lib. 1. numerat annos 488. ab V. C. ad Appium Claudium Cos. qui primus bellum Carthagenensibus intulit. Gellius lib. 17. cap. 21. habet hos Coss. anno V. C. 490: qui numerus ad supp. Varrois congruit.

F 2

M, Vale-

3709. | M. Valerius Maximus | M. Otacilius Crassus. | 490.
Messalla.

Hi duo Coss. in Fastis Capitolinis habent annotatum annum 490. M. Valerius M. Otacilius Coss. in Siciliam traieciunt, quorū aduentu non solum plerūq; Carthaginensium vrbes ad Romanos defecerunt: Sed etiam ipse Rex Hieropacem petijt atq; impetrauit. Polyb.

Pun. lib. 7. M. Valerium bello Punico primo Consulem Casina in Sicilia capta primum horologium in publico statuisse Varro tradit.

3710. | L. Postumius Megellus. | Q. Mamilius Vitulus. | 491.

Agrigentum captum à Romanis.

Annibal cum omnibus copijs, intempesta nocte Agrigento profugit. Romani Agrigentum occupant, urbem locupletissimam diripiunt, multitudine seruorum, varijsq; praeda generibus potiuntur.

3711. | L. Valerius Flaccus. | T. Otacilius Crassus. | 492.
Romani classem parant in Pænos. Polyb.

3712. | Cn Cornelius Scipio Asina. | C. Duilius Nepos. | 493.

Olymp. 130.
Primus Triumphus naualis Romæ actus à Cof. Duilio de Siculis & Pœnis.

Primum nauale pralium Romanorum cum Carthaginensibus quo Cof. Duilius in fugam vertit Carthaginenses. Polyb. Tacitus lib. 2. Duilius primus rem Romanam mari prosperè gessit, triumphumq; naualem de Pœnis meruit.

3713. | L. Cornelius Scipio, | C. Aquillius Florus. | 494.

Anno

Anno Dux Carthaginiensium interfectus: L. Cornelius Scipio Cos. corpus eius è tabernaculo suo amplo funere extulit. Nec dubitavit hostis exequias ipse celebrare: tum demum victoriam, & apud Deos, & apud homines minimum invidie habituram credens, cum plurimum humanitatis habuisset.

3714. M. Atilius Calatinus, C. Sulpicius Paternulus. 495.

L V S T R V M XXXVI. Cens. C. Duilius Nepos, L. Cornelius Scipio.

3715. C. Atilius Regulus. Cn. Cornelius Blasio. 496.
Vide Valer. 4. cap. 4. dist. 5.

3716. L. Manlius Vulso Longus. Q. Cædicius, in mag. mortuus est, In eius locum factus est M. Atilius Regulus II. 497.

Romani victi à Xantippo Lacedæmonio. Regulus captus: Cæsa Romanorum 30. millia, Polyb. Appia.

Oros. Xantippus pugnam cum Romanis conseruit, ingens ibi ruina Romanarum virium fuit. Nam 30. millia Romanorum prostrata sunt. Regulus cum 500. viris captus est, & decimo demum anno belli Punici, nobilem triumphum Carthaginiensibus præbuit.

3717. Ser. Fulvius Pætini, Nobilior. M. Aemilius Paulus. 498.

3718. Cn. Cornelius Scipio Aſina II. A. Atilius Calatinus II. 499.

Zonaras his Coss. adscribit an. V. C. 500. Congruit Varroni. Valer. Max. lib. 6. cap. 9. dist. 11. Cn. Cornelius Scipio Asina Cos. à Pœnis apud Liparas captus cum belli iure omnia perdidisset, latiore subinde vultu eius adiutus, cuncta recuperavit, Consulq; etiam iterum creatus est. Quis crederet illum à duodecim securibus ad Carthaginiensium peruenturum catenas? quis rursus existimaret à Punicis vinculis ad summa imperij peruenturum fastigia? sed tamen ex Consule captivus, & ex captivo Consul factus est.

3719. Cn. Servilius Cœpio. C. Sempronius Blæsus. 500.

Romani 150. onerarias naues amittunt, classe in Syrtes impulsæ. Polyb.

3720. C. Aurelius Cotta, P. Servilius Geminus. 501.

Olymp.
132.

LVSTRVM XXXVII. Cens. M. Valerius Maximus Messalla, P. Sempronius Sophus.

3721. L. Cœcilius Metellus, C. Furius Pacilus. 502.

Circa hunc annum M. Atilius Regulus à Carthaginiensibus remissus Romam, dissuasit captivos reddi Carthaginiensib. Ipse verò Carthaginem ad exquisita supplicia redijt, quod dato iureiurando pollicitus fuerat. Vigilando itaq; apud Carthaginienses necatus est. Valer. Oros. L. Metello. C. Furio Coss. Asdrubal novus Carthaginiensium imperator cum elephantis 130. & equitum pedumq; amplius 30. millibus, cum Metello Cos. apud Pannormum pugnam conseruit: 20. millia Carthaginiensium eo prælio cæsa sunt. Elephantis 26. interfecti: 104. capti: & per Italiam ducti, maximum Italicis gentibus spectata-

spectaculum praeberunt. Fessi tot malis Carthaginenses
 Atilium Regulum, quem iam per quinque annos captivum
 detinebant, inter legatos miserunt: quem non impetrata
 pace ab Italia reuersum, resectis palpebris illigatum in
 machina vigilando necauerunt. Cic. 3. Offic. Regulus a
 Carthaginensibus iuratus missus est Romam ad Senatum,
 ut, nisi redditi essent poenis captiui nobiles quidem, redi-
 ret ipse Carthaginem. In Senatum venit, mandata ex-
 posuit: sed reddi captiuos negauit esse utile. Curus cum
 valuisset autoritas, captiui retenti sunt: ipse Carthagi-
 nem rediit. Neque vero ignorabat, se ad crudelissimum ho-
 stem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum
 conseruandum putabat. Fragnum cum vigilando neca-
 batur, erat in meliori causa, quam si domi senex, captiuus,
 periurus, Consularis remansisset. De atroci supplicio Re-
 guli, lege Gellium lib. 6. cap. 4. Item, Valerium Max.
 lib. 9. cap. 2. dist. 1. in externis. Item, lib. 1. cap. 1.
 dist. 14.

3722. C. Atilius Regulus II. L. Manlius Vulso II. 503.

Speciosissimus triumphus L. Cecilij Metelli Procos. qui
 deuictis in Sicilia Carthaginensibus (teste Dionys. lib. 2.)
 primus duxit in triumpho 130 Elephantos: Lapidem Ca-
 pitolini habent diem 7. Septemb. quo triumphavit. Vide
 Plin. lib. 8. & 7.

3723. P. Claudius Pulcher. L. Iunius Pullus. 504.

A. ATILIVS CALATINVS DI-
 CTATOR PRIM. EXTRA ITALIAM
 EXERCITVM DVXIT.

Claudius Cos. infelicitate pugnavit cum Carthaginen-
 sibus, quia contra auspicia profectus fuerat, de quo sic Cice-
 ro lib. 2.

ro lib. 2. de natura Deorum : P. Claudius per iocum
 DEOS irridens, cum cauea liberati pulli non pasceren-
 tur, mergi eos in aquam iussit ut biberent, quoniam esse
 nolent: qui risus classe deuicta multas ipsi lachrymas, ma-
 gnâ populo Romano cladem attulit. Collega eius Funius,
 tempestate classem amisit. Itaq; P. Claudius à populo con-
 demnatus est, Funius sibi ipse necem conscivit. Polyb.
 Ap. Claudius Cos. cum rem in deterius labi cerneret, de-
 speratis ad extremum rebus, primus omnium fugam ar-
 ripuit: circiter 30. naues eum secuta: reliqua omnes, 93
 numero, in Carthaginensium potestatem venere. Valer.
 Max. lib. 1. cap. 4. dist. 3. Item, lib. 8. cap. 1. dist. 4.
 Plinius lib. 15. cap. 1. refert hos Coss. ad annum V. C.
 505: congruit secundum Varronem.

3724. Olymp. 133.	C. Aurelius Cotta II. P. Seruilius Geminus II.	505.
3725.	L. Coecilius Metellus II. N. Fabius Buteo. LVSTRVM XXXVIII. Cens. A. Atilius Calatinus, A. Manlius Torquatus Attic. Annibal Carthaginensium Dux natus est.	506.
3726.	M. Otacilius Crassus II, M. Fabius Licinus. De his Coss. vide Gellium lib. 10. cap. 6.	507.
3727.	M. Fabius Buteo, C. Atilius Bulbus.	508.
3728. Olymp. 334.	A. Manlius Torqua- tus Attic, C. Sempronius Blœ- sus II. C. Fun-	509.

3729 | C. Fundanius Fundulus. C. Sulpicius Galus. | 510.

DVO PRÆTORES PRI-
MVM CREATI.

3730. | C. Lutatius Catulus. A. Postumius Albinus. | 511.

Pugna ad Aegates (insulam) commissa: qua victi sunt Carthaginenses à Cos. Lutatio, & primum bellum Punicum finitum est. Pugnatum est die 10. Martij. Carthaginenses insigni clade accepta pacem petierunt.

3731. | A. Manlius Torquatus Q. Lutatius Cerco. | 512.

Att. II.

Pax cum Pœnis facta, quæ duravit annis 23. Nam tot annis hinc distat secundum bellum Punicum.

LVSTRVM XXXIX. Cens. C. Aurelius Cotta, M. Fabius Buteo.

3732. | C. Claudius Cenchus. M. Sempronius Tuditanus. | 513.

Olymp.
135.

Prima fabula Romæ acta à L. Livio Andronico Poëta, Claudio Cenchone Cæci filio, & Tuditano Coss. anno ante natum Ennium, post Romam conditam an. 514. Hæc habet Cicero Bruto: & Tuscul. 1. Numeri Ciceronis congruunt ad supputationem Varronis. Gellius lib. 17. c. 21. ait, Livium fabulas Romæ docuisse post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè 160: post Menandri mortem circiter 52.

3733 | C. Mamilius Turrinus. Q. Valerius Falto. | 514.

Ennius Poëta natus his Coss. Cicer. Gellius lib. 17. cap. 21.

G Ti. Sem-

3734. | Ti. Sempronius Gracchus. | P. Valerius Falto. | 515.

Polyb. lib. 2. Amilcar à Carthaginensibus mittitur in Hispaniam: Annibale filio comite, qui tum ferè nonum aetatis annum agebat: in ijs locis annos circiter novem commoratus est.

Valer. lib. 9. cap. 3. dist. 3. externorum: Annibal maturè adeo patris vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hispaniam traiecturo, & ob id sacrificante, novem annorū natu, altaria tenens iuraret, se, cum primum per aetatem potuisset, acerrimū hostem pop. Romano futurū, ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret. Idem significare cupiens, quanto inter se odio Carthago & Roma dissiderent, inslieto in terram pede, suscitatoq; pulvere, tum inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra vrbs in habitum pulveris esset redacta.

3735. | L. Cornelius Lentulus | Q. Fulvius Flaccus. | 516.
Caudinus.

Bellum Ligusticum, contra Ligures susceptum.

3736. | P. Cornelius Lentulus Cau- | C. Licinius Varus. | 517.
Olymp.
136.
dinus.

L V D I S Æ C V L A R E S I I I .
F A C T I .

Censorinus his Coss. assignat annum V. C. 518: Congruit secundum Varronem.

3737. | T. Manlius Torquatus, | C. Atilius Bulbus II. | 518.

Pace

Pace pop. Rom. terra maricq̄ parta, Ianus
Claudus II.

Sardiniam cepit Cos. T. Manlius Torquatus, de qua triumphavit: eaq̄ prima prouincia populi Romani facta est.

Eutrop De Sardis triumphatum est, & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt: quod his post Romam conditam semel tantum, Numa Pompilio regnante, contigerat.

3738. L. Postumius Albinus. Sp. Caruilius Maximus. 519.

LVSTRVM XL. Cens. C. Atilius Bulbus, A. Postumius Albinus.

3739. Q. Fabius Maxim. Verucos. M. Pomponius Matho. 520.

3740. M. Aimilius Lepidus. M. Poblucius Malleolus. 521.
Olymp. 137. Cato Maior, dictus Censorinus, nascitur. Cic. Senect.

3741. M. Pomponius Matho. C. Papyrius Maso. 522.

Primum Romae diuortium factum. Dionys. 2. Constat per 520. annos, Romae nullum accidisse diuortium. Olympiade demum 137. M. Pomponio, C. Papyrio Coss. primus dicitur uxorem repudiasse Sp. Coruilius. Valer. Max. idem habet lib. 2. cap. 1. dist. 4. Gell. lib. 4. cap. 3. Corsicam vicit ac prouinciam fecit C. Papyrius Maso Cos. Nauius Poeta fabulas apud populum Romae dedit. Gell. lib. 17. cap. 21.

G 2

M. Aimi-

3742.	M. Aimilius Barbula.	M. Iunius Pera.	523.
<p>LVSTRVM XLI. Cens. Q. Fabius Maxim. Verrucos. M. Sempronius Tuditanus.</p> <p><i>Polyb. lib. 2. Amilcar pater Annibalis, cum in Hispania annos 9. commoratus esset, obiit eo tempore, quo Romani in Illyriam cum exercitu transfretarunt. Et successit Asdrubal, qui fuit Dux Carthaginensium an. 8. Idem lib. 3. dicit, Annibalem mortuum decennio ante secundum bellum Punicum.</i></p>			
3743.	L. Postumius Albinus II.	Cn. Fulvius Centumalus.	524.
<p><i>BELLVM ILLYRICVM: de quo Polyb. lib. 2. Orof. lib. 4. cap. 13.</i></p>			
3744. Olymp. 138.	Sp. Caruilius Maximus II.	Q. Fabius Maxim. Verrucos. II.	525.
3745.	P. Valerius Flaccus.	M. Atilius Regulus.	526.
3746.	M. Valerius Messala.	L. Apustius Fullo.	527.
3747.	L. Aimilius Papus.	C. Atilius Regulus.	528.
<p><i>BELLVM GALLICVM CISALPINVM, de quo Polyb. lib. 2.</i></p> <p><i>C. Atilius Cos. fortissimè dimicans occiditur. Perierunt eo praelio 40. millia Gallorum. Polyb.</i></p> <p>LVSTRVM XLII. Cens. C. Claudius Centho; M. Iunius Pera.</p> <p style="text-align: right;">T. Man-</p>			

3748. Olymp. 139. T. Manlius Torquatus II. Q. Fulvius Flaccus II. 529.

3749. C. Flaminius Nepos. P. Furius Philus. 530.

3750. Cn. Cornelius Scipio Caluus. M. Claudius Marcellus. 531.

Pugna ad Clastidium, qua Galli & Germani victi sunt à Romanis. Marcellus Cos. caeso duce hostium Vir- dumaro triumphavit Cal. Martij: & spolia optima Fous retulit.

3751. P. Cornelius Scipio Asina. M. Minucius Rufus. 532.

Liuij Decas III, incipit.

HANNIBAL in Italiam venit.

Asdrubal Dux Carthaginensium interfectus, cum 8. annis exercitus in Hispania prafuisset. Ei successit Annibal etat. 26, appellatus Pater exercitus Carthaginensium. Huius vitam descripsit Plutarch. Liuius & alij.

3752. Olymp. 140. L. Veturius Philo. C. Lutatius Catulus. 533.

LVSTRVM XLIII. Cens. L. Aimilius Papus; C. Flaminius Nepos.

Annibal Vaccaeos, Carpetanos, & reliquos trans Jbe- rum populos vicit. Polyb. Appian. Hispan.

3753. M. Liuius Salinator. L. Aimilius Paulus. 534.

G 3 Anni-

Annibal Saguntum Hispania oppidum, Romanis societate, foedereq; coniunctum cepit. Saguntini longa obsidione, fameq; eo redacti sunt, ut maluerint urbem incendere, & se suaq; in ignem iniicere, quam in hostium manus venire, aut a fide Romanorum discedere. Vnde proverbium: Saguntina fames. Nec immerito diceretur: Saguntina fides. Vide Polyb. Liu. Valer. Max.

Plin. lib. 29. cap. 1. ascribit his Coss. annum V. C. 535. Congruunt secundum Varronem.

3754. P. Cornelius Scipio. Ti. Sempronius Longus. 535.

SECUNDVM BELLVM PVNICVM annis 17 gestum à Romanis aduersus Carthaginenses. Hoc bellum descripsit Silius Italicus Poeta, quem consule. Item, Polybius, Liuius, Appianus Alexandr. Acmilus Probus in Hannibale, Eutrop. Orosius, &c.

Pugna ad

{	Ticinum amnem.	}	Victi Romani.
	Trebiam flu.		

Valer. Max. lib. 5. cap. 4. dist. 2. de pietate filiorum in parentes: Eadem pietas viribus suis inflammatus Africanum superiorem, vix dum annos puerilitatis egressum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. Consulem enim eum apud Ticinum fluum aduersis auspicijs cum Annibale pugnantem grauiter saucium, intercessu suo seruauit: neque illum aut aetatis infirmitas, aut militiae tyrocinium, aut infelicis praelij etiam veterano bellatori pertimescendus exitus interpellare valuit, quo minus duplici gloria conspicuam coronam, imperatore simul & patre ex ipsa morte rapto, mereretur.

C. Fla-

C. Flaminius II. in pra-
lio occisus: Ei successus est

M. Atilius Regulus II.

Cn. Servilius Geminus. 530.

Pugna ad Trasimenum lacum: in qua caesa sunt Roma-
norum 15. millia: alij 20. Valer. Max. lib. 1. cap. 6.
dist. 6. In ea acie 15. millia Romanorum caesa, sex millia
capta, decem millia fugata sunt. Consul obtruncati cor-
pus ad funerandum ab Annibale quaesitum est: qui quan-
tum in ipso fuerat, Romanum sepeliverat imperium.

Cunctatio Fabij Dictatoris rem Romanam restituit.
Eius non dimicare vincere fuit. Valer. Max. lib. 7. cap. 3.
dist. 7. Post cladem ad Trasimenum acceptam creatus
est Dictator Q. Fabius Maximus II. Mag. Equit. M.
Minutius Rufus. Q. Fabius Annibalem pugnare cupien-
tem mora fregit: Quam Fabij cunctationem M. Minu-
tius ut timidam exagitavit: cumq; cum Annibale contra
Dictatoris mandatum signa contulisset, & Romana acies
iam inclinaret à Fabio cum copijs suis occurrente, exercitus
Minutianus servatus est, ideoq; Fabium Patrem appella-
vit. Vide Adag. apud Eras. Romanus sedendo vincit.
Ennius: Unus homo nobis cunctando restituit rem. An-
nibal dixisse fertur, se magis formidare Fabium quiescen-
tem à pugna, quam Marcellum fortiter dimicantem. Va-
lerius Max. lib. 4. cap. 8. dist. 1. Q. Fabius Maximus
captivos ab Annibale interposita pactione nummorum re-
ceperat: qui cum à Senatu non prestarentur, misso in vr-
bem filio, fundum, quem unicum possidebat, vendidit,
eiusq; precium Annibali protinus numeravit. Idem,
lib. 3. cap. 8. dist. 2. Q. Fab. Maxim. frustrari & elu-
dere Pœnorum impetus, quam manum cum his tota acie
conferere melius ratus, pluribus combinationibus Anni-
balis irritatus, sepe etiam specie bene gerenda rei oblata,
nunquam

nunquam à Consilijs salubritate, ne parui quidem certami-
nis discrimine, recessit. Quodq; est difficilimum, ubiq; ira
ac spe superior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic
non dimicando, maximè ciuitati nostrae succurrit. Alter
enim celeritate sua Carthaginem oppressit: alter cuncta-
tione id egit, ne Roma opprimi posset. Vide Plutarch. in
vita Fabij Maximi.

Mulier Romana cum fama accepisset filium suum cum
reliquo exercitu occubuisse, & is fortè ei uiuus & incolu-
mis occurreret, dicitur ad filij conspectum exanimata con-
cidisse & expirasse, De quo uide Valerium Max. lib. 9.
cap. 12. dist. 2.

3756.
Olymp.
141.

C. Terentius Varro.

L. Aemilius Paulus II.

537.

PUGNA AD CANNAS Apuliae vicum: in qua
ceciderunt 40. (atq; 44.) millia Romanorum: die 2. Au-
gusti. Macrobi. lib. 1. cap. 16. Gellius lib. 5. cap. 17.

Dionys. Halicarnass. lib. 2. Ex clade Cannensi tantum
superfuerunt reliqui 370. è sex millibus equitum, & ex
80. millium copijs paulò plures quam ter mille manserunt
incolames. Oros. Apud Cannas Apuliae vicum, in pugna
interfecta sunt 44. millia Romanorum. Perijt etiam
Aemilius Cos. Consulares autem praetorij viri 20 inter-
fecti sunt: Senatores capti vel occisi 30: nobiles viri
300: pedestrium militum 40. millia: equitum 3500.
Nec dubium est, vltimum illum diem Romani status fu-
turum fuisse, si Annibal mox post victoriam ad peruaden-
dam urbem contendisset. Annibal in testimonium vi-
ctoriae suae tres modios annulorum aureorum Car-
thaginem misit, quos ex manibus intersectorum equitum
Romanorum Senatorumq; detraxerat. Eutrop. In Hi-
spania Asdrubal frater Annibalis victus est à duobus Sci-
pronibus,

pionibus, perditq; in pugna 35. millia hominum: ex his capiuntur 10. millia, occiduntur 25. *Liuius: Mago effundi in vestibulo curiae Carthaginensis iussit annulos aureos. Fama tenuit quae propior vero est, haud plus fuisse modio: De quo vide Val. Max. lib. 7. cap. 2. dist. 13. Maharbal dixit de Hannibale: Non omnia nimirum eidem Dy dedere: Vincere scis Annibal: victoria uti nescis. Liu. Victoria Marcelli ad Nolam, qui primus post Cannensem cladem Annibalem vinci posse docuit. Annibal igitur crepta sibi spe potiunda Nola, Acerras contendit, easq; captas incendit atq; diripuit. *Liuius.**

3757.	L. Postumius Albinus III. antequam iniret occisus est: Et successus est	Ti. Sempronius Grachus.	538.
	M. Claudius Marcellus II. Viro fact. abdicauit: In eius locum successus est		
	Q. Fabius Maximus Verrucosus, III.		

3758.	Q. Fabius Maxim. Verrucosus, IIII.	M. Claudius Marcellus III.	539.
	<i>Valer. Max., lib. 4. cap. 4. dist. 10. Cum secundo bello Punico Cn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam virginem adulta iam aetatis haberet, neq; ei sine se dos expediri posset: Senatus ne Respub. bono duce careret, patris sibi partes desumpsit: consilioq; uxoris, ac propinquorum Scipio nis constituta dote summam eius ex aetario erogauit, ac puellam nuptum dedit. Dotis modus 40. millia aris fuit.</i>		

3759.	Q. Fabius Maximus.	T. Sempronius Grachus II.	540.
		H Q. Fabius	

*Q. Fabius Maximus à Senatu legatus missus ad filium
Cof. in castra venit ad Sueffam : cumq; filius patri obviam
progrediretur, lictoresq; patrem equo descendere non ius-
sissent, mox filius lictore inclamans dixit : Descendere iu-
be : Fabius obsecutus voci lictoris de equo desiliit, & filium
collaudavit, quod imperij maiestatem retineret. Experi-
ri, inquit, volui fili, an scires consulem agere. Livius. Va-
lerius Max. lib. 2. cap. 2. dist. 4. Gellius lib. 2. cap. 2.*

3760. Ap. Claudius Pulcher. Q. Fulvius Flaccus III. 541.
Olymp.
142.

SYRACUSÆ CAPTÆ
A MARCELLO.

*Archimedes qui diu conatus Marcelli oppugnantis
Syracusas eluserat, machinis mira arte extructis : inter-
fectus est capta urbe, ab ignavo milite, quis esset : cum ille
intentus figuris Geometricis, quas in pulvere descripse-
rat, ne quidem urbis expugnationem sensisset : & militi
irrumptenti dixisset, ne lineas sibi turbaret. Vide Plu-
tarchum in vita Marcelli. Cicero in Tuscul. gloriatur,
se in Sicilia, cum ibi esset questor, sepulchrum illius inter
vepres inuenisse. Valer. Max. lib. 8. cap. 7. dist. 7.*

*Duo Scipiones P. & Cn. in Hispania ab Asdrubale oc-
cisi.*

3761. P. Sulpicius Galba Ma- Cn. Fulvius Centu- 542.
ximus. malus.

*Capua capta. Livius. Cicero contra Rullum paulò
aliter. Ab hoc anno incipiunt res geste P. Scipionis
Africani Maioris, qui in locum patris & patru interfe-
ctorum, in Hispanias ad bellum cum Pœnis gerendum
missus*

missus est à Senatu, annos natus 24. (Plutarch. 27.) Liv.
Huius P. Scipionis vitam descripsit Plutarchus.

Hoc anno Annibal castra posuit ad Anienem fluvium,
non procul ab urbe Roma: Estq; annus 149. ab eo tempo-
re, quo Galli Anienem transgressi fuerant, Romam occupa-
turi.

Eodem anno, Manlius, cum ei Consulatus deferretur
ab omnibus, isq; cum pratextu adversa valetudinis recu-
saret, nec audiretur: instantibus cunctis, alium, inquit,
Quirites, quarite, in quem nunc honorem transferatis:
Nam si me eum gerere coegeritis, nec ego mores vestros
ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Valer.
Max. lib. 6. cap. 4. dist. 5.

Velleius ab his Coss. ad Cos. Vinicium numerat annos
240: numeri congruunt ad nostram dispositionem. Idem
Velleius à capta Capua ad Cos. Fulvium Cas. habet an. 152.
hi quoq; numeri quadrant ad nostram dispositionem.

3762.

M. Valerius Laevinus.

M. Claudius Marcel-
lus IIII.

543.

BELLVM HISPANICVM.

Scipio Africanus novam Carthaginem urbem Hispania opulentissimam expugnat. Atq; haec prima eius est victoria: in qua illustre illud continentia sua edidit specimen. Virginem enim captivam, sponsam Allucy, ad se adductam, intactam & sancte custoditam, ad parentes & sponsum remisit: addito etiam auro, quod parentes pro redimenda ea attulerant, dotis loco. Quo facto rumor de eo increbuit per Hispanias: Venisse Dìs similitum iuveneficys. Livius, Valer. Max. lib. 4. ca. 3. dist. 5.

H 2

Q. Fa-

3763.

Q. Fabius Maximus
Verrucosus V.

Q. Fulvius Flaccus IIII.

544.

LIVSTRVM XLIIII. Cens. M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. Censa sunt civium Romanorum capita 127. millia, & 107.

Tarentum à Q. Fabio Cos. per proditionem arte Punica receptum.

3764.

Olymp.
143.

M. Claudius Marcellus V.

T. Quinctius Crispinus.

545.

Marcellus Cos. deceptus insidijs Annibalis occubuit, & à victore Annibale magnifice sepultus est. Hic est ille M. Marcellus, qui ante annos 14. Vir dumaro Gallorum Regi opima spolia detraxerat: apud Nolam Annibalem vicerat: Syracusas expugnauerat: & quinques Consul fuerat.

Alter etiam Cos. Quinctius Crispinus ex vulnere obiit. Ita vno eodemq; anno Respub. Romana utroq; Consule orbata est.

3765.

C. Claudius Nero.

M. Liuius Salinator II.

546.

Romani primum auro signato uti ceperunt an. 63. ex quo argento signato usi fuerant.

Asdrubal filius Amilcaris (frater Annibalis) fortiter dimicans cum Cos. Claudio Nerone, in praelio cadit, universo exercitu suo deleto. Cesa sunt hostium 56. millia: capta 5400. Postero die cum nunciatum esset Liuios Cos. Gallos & Ligures vno agmine abire sine certo duce, & posse,

posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri: Super-
sint, inquit, aliqui nuncij & hostium cladis & nostra vir-
tutis. Valer. Max. lib. 3. cap. 7. dist. 4.

Controuersia Chronologica.

*Liuius his Coss. adscribit annum celebrata noua Olym-
piadis (ea nobis esset 143): Verum nos Tabulas Capito-
linas secuti, Olympiadem 143. ad superioris anni Consu-
les retulimus, idq; certis de causis, quas alibi recensebimus*

3766. Q. Cæcilius Metellus. L. Veturius Philo. 547.

*P. Cornelius Scipio Carthaginenses Hispania expulit.
Hoc anno Romæ Ignis Vesta extinctus est negligentia
virginis Vestalis. Ea res infausti ominis loco est habita.
Mirum est, tenebras non occupauisse totum orbem, tam
scilicet sacro & claro lumine extincto.*

3767. P. Cornelius Scipio, qui po- P. Licinius Crassus 548.
stea Africanus appellatus est. Diues.

3768. M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tudi- 549.
Olymp. tanus.
144.

L V S T R V M XLV. Cens. M. Liuius
Salinator, C. Claudius Nero.

*Plin. Secund. lib. Vir. illust. cap. 46: Annibale Ita-
liam deuastante, ex responso librorum Sybillinorum Cibe-
le Mater Deum è Pessinunte Romam accersita, cum aduer-
so Tyberi ueheretur, repente in alto stetit: & cum moue-
ri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissima
demum fœmina manu moueri posse. Tum Claudia Virgo
Vestalis, falso incestu suspecta, Deam orauit, ut si pudicam*

H 3 se sci-

se sciret, sequeretur. Et Zona imposta, nauem mouit si-
mulachrum Matris Deum aduexit. Templum adificauit
Scipio Nasica, qui vir optimus iudicabatur. Valer. Max.
lib. 8. cap. 15. dist. 3.

Lex Cincialata à M. Cincio. Liuius.

3769. Cn. Seruilius Coepio. Cn. Seruilius Nepos. 550.

Siphax Numidia Rex capitur à Scipione. Polyb. lib.
14. Valerius Max. lib. 6. cap. 9. in fine capitis.

3770. Ti. Claudius Nero. M. Seruilius Pulex Ge- 551.
minus.

FINIS SECUNDI BELLI
PUNICI.

PUGNA AD ZAMAM, qua Scipio postremo
vicit Annibalem, & secundo bello Punico finem imposuit.
Polyb. 15.

Annibal accersitur Carthaginem, cum annis 36. ab
ea vrbe abfuisset, ex qua se profectum ait, cum natus esset
annos nouem. Egit itaq. Annibal hoc tempore annum eta-
tis 45. Liuius decad. 4. lib. 1. numerat annos 63. à pri-
mo bello Punico ad finem secundi.

3771. Cn. Cornelius Lentulus. P. Allius Paitus. 552.

Pax iterum cum Poenis facta, anno 40.
post pacem primi belli Punici.

P. CORNELIUS SCIPIPIO PROCOS.
triumphauit de Poenis, Annibale & Siphace Rege Numi-
darum,

darum, unde & Africani agnomen accepit. Hic fuit triumphus omnium nobilissimus & splendidissimus, de quo vide Liuium & alios. Liuius etiam de Scipione Africano hoc addit: Primus hic Imperator, nomine victa a se gentis est nobilitatus. Exemplo deinde huius, nequaquam victoria pares, insignes imaginum titulos, claraq; cognomina familia fecere. Valer. Max. lib. 5. cap. 1. dist. 1. Item, lib. 2. cap. 7. dist. 2.

3772.
Olymp.
145.

P. Sulpicius Galba
Maxim. II.

C. Aurelius Cotta.

553.

Bellum Philippicum siue Macedonicum, cum Philippo Rege Macedonico gestum.

Scipio Aemilianus, cum Seruius Sulpicius Galba, & Aurelius Coss. in Senatu contenderent, uter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter P. C. dissensio esset, omnibus quoniam eius sententia inclinaret, expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet. Alter enim nihil habet: alteri autem, etiam quod habet, nequaquam satis est. Aequè malam licentis imperij magistram iudicans paupertatem, atq; insatiabilem habendi cupiditatem. Quo dicto obtinuit, ut neuter in prouinciam mitteretur. Valer. Max. lib. 6. cap. 4.

3773.

L. Cornelius Lentulus.

P. Villius Tappulus.

554.

LVSTRVM XLVI. Cens. P. Cornelius Scipio African. P. Allius Paitus.

3774.

T. Quinctius Flaminus.

Sex. Aelius Paitus Catus.

555.

C. Cor-

3775. C. Cornelius Cethegus. Q. Minucius Rufus. 556.

Pugna ad Cynoscephalas, qua à T. Quinctio Flaminio Philippus Macedonia Rex pralio fusus & castris exutus est: & primum bellum Macedonicum finitum est. Hinc ad secundum bellum Macedonicum anni 25: ad eius finem 29.

Cicero in Bruto habet annos 11, (completos) à Fabio V. Cos. ad huius anni Consules.

3776. L. Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus. 557.

Olymp.
146.

Gracis ciuitatibus redditur à Romanis libertas & immunitas. Pax item data Regi Philippo à Romanis.

Valer. Max. lib. 4. cap. 8. dist. 5. Cum ad Isthmicum spectaculum tota Gracia conuenisset, T. Quinctius Flaminus per praconem hac verba recitari iussit: S. P. Q. R. & Q. Flaminus Imp. omnes Graciae vrbes, quae sub ditione Philippi Regis fuerunt, liberatas atq; immunes esse iubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines percussi, primò veluti non audisse se, quae audierat, credentes obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione praconis, tanta caelum clamoris alacritate compleuerunt, ut certò constet, aues quae superuolabant, attonitas pauentesq; decidisse.

3777. M. Porcius Cato. L. Valerius Flaccus. 558.

Liuius habet annos 21. à Coss. Cn. Seruilio & C. Flaminio (V. C. 535.) ad Ver huius anni, quod fuit Ver sacrum, Lex Oppia annis 20. post abrogata est quam lata. Liu. Cicero in Bruto. Cato annis 9, post Cethegum fuit Cos.

3778. P. Cornelius Scipio Africanus II, Ti. Sempronius Longus, L V. 559.

LVSTRUM XLVII. Cens. Sex. Al-
lius Paitus Catus, Cn. Cornelius Cethegus.

*T. Quinctius Flaminius ex Macedonia triumphavit
de Rege Philippo per triduum. Golz.*

*Valer. Max. lib. 2. cap. 4. dist. 3. Per 558. annos
Senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. Sed
hunc morem Attilius Seranus & L. Scribonius adiles, lu-
dos patri Deum facientes, superioris Africani sententiam
secuti, discretis Senatus & populi locis, soluerunt: Ea res
auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere
quassavit.*

3779. L. Cornelius Merula. Q. Minucius Thermus. 560.

*Valer. Max. lib. 8. cap. 5. dist. 13. de fratribus à ca-
dis crimine absolutis, eò quod in cubiculo reperti fuissent
dormientes. Idem habet Cicero pro Roscio.*

3780. L. Quinctius Flami- Cn. Domitius Ahenobarbus. 561.
Olymp. nius.
147.

3781. M. Acilius Glabrio. P. Cornelius Scipio Na- 562.
sica.

*Bellum Antiochicum siue Aetolicum, gestum
à Romanis aduersus Antiochum Magnum & Aetolos.*

*PUGNA AD THERMOPYLAS: Victus An-
tiochus Magnus Syria Rex à Cornelio Scipione.*

Macrobio est annus V. C. 562. lib. 5. cap. 13.

3782. L. Cornelius Scipio, qui po- L. Coelius Nepos. 563.
stea Asiaticus appellatus est.

I Pugna

Pugna ad Magnesium, qua postremo victus est Antiochus Magnus à L. Scipione Asiatico. Hac victoria tota Asia citra Taurum montem in Romanorum potestatem cessit. Ad 50. millia peditum caesa. eo die dicuntur: equitum 4. millia: 1400. capti.

Acilius Procos. de Antiocho rege & Aetolis triumphavit. Liuius.

P. Scipio Africanus dixit, Si L. Scipioni fratri suo provinciam Graciam decreuissent, se legatum iturum. Hac vox magno assensu audita, sustulit certamen. Ambo enim Consules Graciam cupiebant. Valer. Max. lib. 5. ap. 5. dist. 1.

Ecclipsis Solis 11. Iulij. Liuius lib. 7.

Iulij obsequentis liber de prodigijs incipit, continet prodigia annorum 180.

3783. Cn. Manlius Vulso. M. Fulvius Nobilior. 564.

LVSTRVM XLVIII. Cens. T. Quintus Flaminius. M. Claudius Marcellus.

L. Scipio Procos. de Antiocho rege Syria & victa Asia triumphavit, & se Asiaticum appellari voluit. Fœdus iustum cum Aetolis. Galli victi à Romanis. Leges pacis Antiocho datae. Liuius.

Valer. Max. lib. 4. cap. 1. dist. 9. Antiochus à L. Scipione ultra Taurum montem imperij finibus summotus, cum Asiam provinciam, vicinasq; ei gentes amisisset: gratias agere pop. Rom. non dissimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Et sanè nihil est tam præclarum, aut tam magnificentum, quod non moderatione temperari desideret.

C. Liuius

3784. Olymp. 148. C. Liuius Salinator. M. Valerius Messalla. 565.

3785. M. Aimilius Lepidus. C. Flaminius Nepos. 566.

P. Scipio Africanus à Trib. pleb. accusatus ob pecuniam ab Antiocho Rege acceptam, respondet his verbis: Hoc die cum Annibale feliciter pugnavi in Africa: itaq, mecum in Capitolium ite Dysacturi gratias, quod mihi & hoc ipse die & sepè alias rei bene gerendæ facultatem dederunt. Celebratio is propè dies fauore hominum & aestimatione veræ magnitudinis eius fuit, quam quo triumphans de Syphace Rege & Carthaginensibus, urbem est inuectus. Hic speciosus ultimus dies Scipioni illuxit, post quem cum inuidiam & certamina cum Tribunis prospiceret, die longiore producta in Linternium concessit, ubi deinceps vitam egit, sine urbis desiderio.

3786. S. Postumius Albinus. Q. Marcius Philippus. 567.

3787. Ap. Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus. 568.

P. Cornelius Scipio Africanus maior, cum res maximas totis 27. annis gessisset, mortuus est ætatis anno 54. Linterni, ibidemq, sepeliri voluit, ne ingrata patria ostibus ipsius potiretur. Valerius Max. lib. 5. cap. 3. dist. 2. scribit, eum sepulchro suo inscribi iussisse: Ingrata patria ne ossa quidem mea habes. Liuius ait, variare autorum sententias de anno obitus Scipionis. Nos sequimur Cic. de Senect. ubi ait, eum obiisse anno proximo ante Censuram Catonis: quod etiam ipsi Liuius videtur probabilius. Alij ad sequentem annum referunt.

Eodem anno (plus minus completo) natus est Scipio Africanus Minor, Carthaginis eversor, quia, teste Livio, egit annum etat. 17. cum Rex Perses caperetur.

Annibal Carthaginensium Dux gustato veneno moritur, etat. 63. Alij huius quoq, mortem aliò referunt.

3788. P. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinus. 569.
Olymp.

149. BELLVM CELTIBERICVM.

LVSTRVM XLIX. Cens. L. Valerius Flaccus, M. Portius Cato.

Nobilis Censura Catonis, qui e Senatu eiecit L. Flaminium an. 7. (completis) postquam Flaminius Consul fuisset. Cic. de Senect. Valer. Max. lib. 2. cap. 9. dist. 3.

Plautus Poëta moritur Censore Catone Maiore. Cic. Bruto. Lex portia de iure ciuium Rom. lata à M. Portio Catone Censore. Hec lex (teste Cic. pro Rabirio) Virgas ab omnium ciuium Roman. corpore amouit: ciuium libertatem licetori eripuit. Et ut ait Livius, graui pœna sanxit, si quis verberasset aut necasset ciuem Romanum. Zaf.

3789 Q. Fabius Labeo. M. Claudius Marcellus. 570.
Ad hos Coss referunt aliqui mortem Annibalis.

3790. L. Aemilius Paulus. Cn. Babius Tamphilus. 575.

Perses Philippi Regis Macedonum filius Demetrium fratrem tentati in se parricidij accusat apud Patrem. De ea re tres orationes, patris, Perses et Demetrii, qua mirifico excellunt artificio apud Livium studiosè legant, easq, sibi commendatas habeant.

P. Cor-

3791. | P. Cornelius Cethegus. M. Bæbius Tamphilus. | 572.

His Coss. in agro Scriba Petily sub Ianiculo reperta sunt due arce lapidea: in quarum altera fuit corpus Numæ Regis: in altera septem libri Latini de iure Pontificio. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. dist. 12.

3792. | A. Postumius Albinus. C. Calpurnius Piso. | 573.
Olymp
150
Huic mortuo successit
Q. Fulvius Flaccus.

3793. | L. Manlius Acidin, Q. Fulvius Flaccus. | 574.
Fulvian.

L V S T R V M L. Cens. M. Aimilius Lepidus, M. Fulvius Nobilior. Censa sunt Roma. civium capita 273. millia & 244.

Valer. Max. lib. 4. cap. 2. dist. 1. M. Aimilius diutinas ac vehementes inimicitias cum Fulvio Flacco gessit: quas, ut simul Censores renunciati sunt, in campo deposuit: existimans, non oportere eos privatis odijs dissidere, qui publicè summa iuncti essent potestate. Id iudicium animi eius presens atas comprobavit, & nobis veteres Annalium scriptores laudandum tradiderunt.

Lex Julia annalis lata à L. Junio Trib. pleb. Quot annos nati, quemq; magistratum peterent, caperent: inde cognomen familie inditum, ut Annales appellarentur. Livius. Ferenda legis huius causam indicat Cicero Philippica 5. Legibus Annalibus cum grandiore etatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. C. Caesar ineunte etate docuit ab eccellente eximiaq; virtute progressum etatis expectari non oportere. Itaq; maiores nostri veteres leges Annales non habebant, quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus es-

set petitionis inter equales. Itaq; saepe magna in doles virtutis, priusquam Reipub. prodesse potuisset, extincta est. Zafius hinc colligit aetatem Consulare[m] fuisse 43. annorum: pratoriam aetatem fuisse duobus annis minorem: rursus biennio minorem quam pratoriam fuisse Aedilitiam.

Plinius lib. 35. cap. 3. refert hos Coss. ad annum V. C. 575: congruit Varroni.

Philippus Macedonum Rex moritur.

Perfes ultimus Rex Macedonum regnavit annis 11. Linius.

3794	M. Iunius Brutus.	A. Manlius Vulso.	575.
------	-------------------	-------------------	------

3795.	C. Claudius pulcher.	Ti. Sempronius Gracchus.	576.
-------	----------------------	--------------------------	------

BELLVM ISTRICVM.

Lex Claudia prima de socijs in sua ciuitate regendis, lata à Cos. Claudio. Zaf.

3796. Olymp. 151.	Cn. Cornelius Scipio Hispanus, in magistratu mortuus: pro eius locum factus est	Q. Petillius Spurinus.	577.
-------------------------	---------------------------------------------------------------------------------	------------------------	------

C. Valerius Laeuinus.

Valer. Max. lib. 1. cap. 5. dist. 9. Petillius Consul in Liguria bellum gerens, cum montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret: interq; adhortationem militum dixisset, Hodie ego Letum utiq; captam, inconsideratius praeliando, fortuitum iactum vocis Leto suo confirmavit.

P. Mu.

3797. P. Mucius Scaevola. M. Aemilius Lepidus II. 578.

Antiochus Epiphanes mortuo Seleuco fratre suo Rege Syria, Roma contendit in Syriam fratri in regno successurus.

3798. Sp. Postumius Albinus Paulus. Q. Mucius Scaevola. 579.

LVSTRVM LI. Cens. Q. Fulvius Flaccus, A. Postumius Albinus. *Censa sunt civium Romanorum capita 269 millia.*

Antiochus Epiphanes, aliàs Epimanes VIII. Syria Rex regnat an 12. Regnare capit anno Gracorum 137. 1. Maccab. 1. à morte Alexandri Magni 150. Hic primum Romanae historia coniunguntur & copulantur cum Chronologicis annotationibus & euentibus S. Bibliorum. Antiochi huius mores describit Livius decad. 5. lib. 1. & Athenaeus lib. 5. cap. 4. Item: lib. 10. cap. 12.

3799. L. Postumius Albinus. M. Popillius Lænas. 580.

Ab Antiocho Epiphane Rege Syria legati venerunt Romam: quorum princeps Apollonius in Senatum introductus regem excusavit, quod stipendium serius prestaret: petere Regem, ut quae cum patre suo societas atq; amicitia fuisset, ea secum renouaretur. Livius.

3800. C. Popillius Lænas. P. Allius Ligus. 581.

Olymp.
152.

Hoc demum anno primum ex plebe ambo Coss. creati sunt.

BELLVM PERSICVM siue Macedonicum II. gestum à Romanis adversus Persen Regem Macedonum.

Actius

Actius & Staius Poëtae vixerunt.

De Actio ita Val. Max. lib. 3. cap. 7. dist. 11. Actius Julio Casari (Straboni) amplissimo & florentissimo viro in Collegium Poëtarum vententi nunquam assurrexit: non Maieſtatis eius immemor, sed quod in comparatione communium studiorum, aliquanto superiorem se esse confideret: quapropter insolentiae crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

3801. P. Licinius Crassus. C. Cassius Longinus. 582.

Prima expeditio Antiochi Epiphanis in Aegyptum: de qua vide Daniele cap. 11. Item Liu. dec. 5. lib. 2.

Antiochus imminebat Aegypti regno, & pueritiam Regis & inertiam tutorum spernens, & ambigendo de Calesyria, causam belli se habiturum existimabat, gesturumq; id bellum sine vlllo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello.

3802. A. Hostilius Mancinus. A. Atilius Serranus. 583.

3803. Q. Marcius Philippus II. Cn. Seruilius Cæpio. 584.

L V S T R V M LII. Cens. C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius Gracchus.

His Coss. mortuus est Ennius Poëta, atat. 70. Cicero Senect.

Epitaphium Ennij:

Aspicite o ciues senis Ennij imaginis formam
Hic vestrum panxit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis coret, neq; funera fletu
Faxit, cur? voluto vius per ora virum.

Lex

*Lex Voconia lata à Q. Voconio Saxa Trib. pleb. sua-
dente eam portio Catone. Cic. Zaf. Cicero in Catone di-
cit : Catonem suafisse legem Voconiam natum annos 65.
Coff. Capione & Philippo II. Nobis prodeunt 64.*

3804.
Olymp.
153.

L. Aemilius Paulus II.

C. Licinius Crassus.

585.

*Pugna apud Pidnam, & finis Regni Ma-
cedonici.*

*Perfes Rex Macedonum victus & captus ab Aemilio
Paulo, cuius oratio super ea re legatur apud Liuium: est
enim inter eminentiff. vna. Hac victoria regnum Ma-
cedonum translatum est ad Romanos. Hanc pugnam pra-
cessit Eclipsis Luna ea nocte qua antecessit diem 4. Se-
ptemb. Liuius.*

*C. Popillius Romanorum legatus Regem Antiochum
Epiphanem virga circumscripsit, & ab armis atq. Aegy-
pto discedere iussit, & subito responsum quod differebat,
dare coëgit. Liuius & Valer. lib. 6. cap. 4. dist. 3.*

*Antiochus Epiphanes Romanorum edicto ex Aegypto
eiectus, Hierosolymam cum exercitu ingreditur, templum
spoliat, urbem diripit, multos ciues trucidat, 1. Maccab. 1.*

*Cic. lib. 1. de diuinat. L. Paulus Cos. iterum cum ei
bellum ut cum rege Perse gereret obtigisset, ut ea ipsa die
domum ad vesperum redijt, filiulam Tertiam suam, qua
tum erat admodum paruula, osculans, animaduertit tristi-
culam: quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? Mi
pater, inquit, Persa periit. Tum ille, arctius puellam
complexus, accipio omen, inquit, mea filia. Erat autem
mortuus catellus eo nomine.*

K

Q. AI-

3805. | Q. Ailius Poetus. | M. Iunius Pennus. | 586.

L. AIMILIUS PAVLVS TRIVMPHAVIT
de rege Perse per triduum: 28. 29. & 30. Nouembris.
Ductus est ante currum Rex Perses una cum duobus filijs.

Eodem anno L. Anicius Gallus prator Illyricum & Dal-
matiam debellauit & in prouinciam Romanam redegit,
& post Paulum aliquot diebus triumphauit, Gentio Illy-
riorum Rege cum fratre, coniuge & liberis ante currum
ducto.

L. Pauli triumphum ita descripsit Plutarchus, ut &
inde triumphandi ratio peti possit: & nihil vspiam lega-
tur de triumphis simile.

3806. | C. Sulpicius Gallus. | M. Claudius Marcellus. | 587.

Andria Terentij acta his Coss. ante N.
Chr. 165.

Historia Liuij deficit, qua ex Epitome Flori & alijs au-
toribus continuanda est. Series vero Coss. pertexenda est
ex Cassiodoro & alijs, vsq; ad Dionis Catalogum, qui inci-
pit anno ab hinc centesimo.

3807. | T. Manlius Torquatus. | Cn. Octavius Nepos. | 588.

Hecyra Terentij acta, Ante N. C. 164.

3808. | A. Manlius Torquatus. | Q. Cassius Longinus. | 589.

Olymp.
154.

L V S T R V M LIII. Cens. L. Aimilius
Paulus, Q. Marcius Philippus.

Perfes

Perfes Rex post quadriennium Alba in libera custodia decessit. Senatus quaestorem misit, qui eum publico funere efferret, ne reliquias Regias tacere inhonoratas paterentur. Velleius. Valer. Max. lib. 5. cap. 1. dist. 1. Plutarch. in Paul. Aimilio. Alij mortem Persei referunt ad an. V. C. 586.

3809. Ti. Sempronius Gracchus II. M. Iuuentius Thalna. 590.

Heautontimorumenos Terentij acta. Ante N. C. 162.

3810. P. Cornelius Scipio Nasica. C. Marcius Figulus. 591.
Virio facti abdicarunt. In eorum locum facti sunt
 P. Cornelius Lentulus. Cn. Domitius Ahenobarbus.

De his Coss. vide Ciceronem 2. de natura Deorum. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. dist. 3. Item lib. 1. cap. 1. dist. 3.

3811. M. Valerius Messalla. C. Fannius Strabo. 592.

Terentij Eunuchus & Phormio actæ, Ante N. C. 160. Gell. lib. 2. cap. 24.

3812. L. Anicius Gallus. M. Cornelius Cethegus. 593.
 Olymp. 155.

L. Aimilius Paulus obiit. Valerius Max. lib. 2. cap. 10. dist. 3. & lib. 4. cap. 3. dist. 8. ubi de paupertate Pauli Aimilij dicit, eum existimauisse praclare secum agi, si ex victorijs alij pecuniam, ipse vero patria salutem & gloriam.

gloriam sibi parasset. Plutarchus scribit, cum dos coniugi eius reddenda esset, vix patrimonium eius suffecisse.

Terentij Adelphi acta, Ante N. C. 159.

Primum fœdus Iudeorum cum Romanis, 1. Maccab. 8. Hinc ad excidium Ierusalem sub Vespasiano anni 230. incl.

3813.	Cn. Cornelius Dolabella,	M. Fulvius Nobilior.	594.
L V S T R V M LIIII. Cens. P. Cornelius Scipio Nasica, M. Popillius Lænas.			
<i>Plinius lib. 6. cap. 60. Horologium Romæ ex aqua factum, cuius fluxu diuisæ sunt horæ noctium & dierum, anno V. C. 595. Numerus congruit secundum Varro- nem.</i>			
Terentius Poëta moritur: ante natum Ciceronem 53, ante N. C. 158.			
3814.	M. Aimilius Lepidus.	C. Popillius Lænas.	595.
3815.	Sex. Iulius Cæsar.	L. Aurelius Orestes.	596.
3816. Olymp. 156.	L. Cornelius Lentulus Lupus,	C. Marcius Figulus II.	597.
3817.	P. Cornelius Scipio Na- sica II,	M. Claudius Marcel- lus II.	598.
			P. Cor-

P. Cornelius Scipio Nasica Cos. Dolminium Dalmatarum urbem expugnauit.

3818. Q. Opimius Nepos. L. Postumius Albinus, 599.
in mag. mortuus: In eius locum successit est M. Acilius Glabrio.

L V S T R V M LV. Cens. M. Valerius Messalla. C. Cassius Longinus.

Valer. Max. lib. 2. cap. 4. dist. 3. & 4: Theatra incoata sunt à Messala & Cassio Censoribus, Caterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatus operis eorum subiectum haste vendi placuit. Atq; etiam S. C. cautum est, ne quis sedens ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum iuncta standi virilitas, propria Romana gentis nota esset.

3819. Q. Fulvius Nobilior. T. Annius Luscus. 600.

Hi Coss. primi ceperunt inire magistratum Calend. Ianuarij: cum ab anno V. C. 535. ad hunc usq; annum idibus Martijs inissent.

Bellum Celtiberium 20. annis gestum: & Numantia excidio tandem finitum est.

3820. M. Claudius Marcellus III. L. Valerius Flaccus. 601.
Olymp. 157.

3821. L. Licinius Lucullus. A. Postumius Albinus. 602.

De Cos. Albino vide Gellium lib. 11. cap. 8. Macrob. 1. Saturnal. Corduba in Hispania condita à M. Claudio Marcello. Strabo. 3.

K 3

Vale-

Valer. Max. lib. 9. cap. 6. dist. 2. Ser. Sulpitius Galba summa perfidia trium Lusitaniae ciuitatum populos conuocauit, tanquam de commodis eorum acturus: & septem millia, in quibus flos iuuentutis consistebat, armis exuit, partim trucidauit, partim vendidit. Plura de hoc apud eundem, lib. 8. cap. 1. dist. 2.

3822. T. Q. Flamininus, M. Acilius Balbus, 603.

Hoc anno Cicero fingit Catonem Maiorem habuisse sermonem de Senectute, quem Cicero annis ab hinc 106. peculiari scripto complexus est. Addit Cicero ea differuisse Catonem agentem annum etatis 84. : anno proximo ante mortem suam: à morte Ennii 19.

3823. L. Marcius Censorinus, M. Manilius Nepos, 604.

TERTIVM BELLVM PVNICVM quadrienno gestum à Romanis aduersus Carthaginenses: & Carthaginis excidio finitum est, de quo Appian. Alexandr. & alij. Hinc ad bellum ciuile Julij Caesaris anni 100. Plinius & Censorinus referunt hoc bellum ad annum V. C. 605. (secundum Varronem) Solinus verò ad 604. secundum Dionys.

Cato Maior obiit etat. 85. Cic. Bruto. Plin. (Nobis prodeunt 84.) Val. Max. lib. 8. cap. 7. dist. 1.

3824. Sp. Postumius Albinus D. Calpurnius Piso Cæ- 605.
Magnus. sinonin.

BELLVM MACEDONICVM III. gestum aduersus Pseudophilippum, aliàs Andriscum, qui Philippi nomine sumpto, se Persei Regis Macedonici filium esse mentitus fuerat. Masinissa Numidiae Rex, Rom. populi amicus decessit. Scipio inter filios Masinisse regnum diuisit. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. dist. ult,

P. Cor-

3825.

P. Cornelius Scipio Africanus, Aemilianus,

C. Liuius Drusus. 606.

Hic est primus Consulatus Scipionis Africani Minoris, qui cum adilitatem peteret, Consul a populo dictus est. Quia vero per aetatis annos nondum Consul fieri poterat, legibus solutus fuit, de qua re dictum est: Dormiant hodie leges. Valer. Max. lib. 8. cap. 15. dist. 4. Hic Scipio Pauli Aemilij filius fuit, sed adoptatus a P. Cornelio Scipione Africani filio: Vnde ipse Africanus Minor & Aemilianus appellatus est. Velleius.

BELLYM ACHAICVM gestum contra Achaos & Corinthios.

LVSTRVM LV. Cens. L. Cornelius Lentulus Lupus. L. Marcius Censorin,

3826.

Cn. Cornelius Lentulus. L. Mummius Nepos. 607.

CARTHAGO urbis Romanae amula deleta a P. Cornelio Scipione Aemiliano, qui hoc anno triumphauit de Pœnis & Asdrubale ex Africa, & inde Africani cognomen tulit. Hic finis fuit tertij belli Punici, cum a primo bello Punico suscepto exacti essent hucusque anni 119. Distat hic triumphus Scipionis Africani Minoris a triumpho Scipionis Africani Maioris annis 55.

Historiam euersae Carthaginis his verbis describit Orosius: Cum sex continuis diebus noctibusque pugnatum esset, vltima Carthaginenses desperatio ad deditiōem traxit, petentes, ut quos belli clades reliquos fecit, saltem seruire liceat. Primum agmen mulierum satis miserabile, virorum post magis deforme descendit. Nam fuisse mulierum viginti quinq. millia: virorum triginta milia,

lia, memoria traditum est. Rex Asdrubal se ultro dedit. Transfuga, qui Aesculapij templum occupauerant, voluntario precipitio dati, igne consumpti sunt. Vxor Asdrubalis se duosque filios secum virili dolore, & furore femineo in medium iecit incendium: eundem nunc mortis exitum faciens nouissima regina Carthaginis, quem quondam prima fecisset. Ipsa autem ciuitas decem & septem diebus consinuis arsit, miserumq; spectaculum de varietate conditionis humana victoribus suis praeiuit. Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. dist. 8.

CORINTHVS Achaia caput capta & excisa est a L. Mummius Cos. qui & de ea triumphauit, & Achaici cognomen sumpsit. Appian. Lybyc.

Q. Metellus Macedoniam in prouinciam Romanam redegit, deq; ea triumphauit & Macedonici nomen accepit.

Plin. lib. 34. Corinthus est capta Olymp. 156. (re-ctius 158.) anno 3. urbis nostrae 608.

Macrobius scribit, Carthaginem expugnatam V. C. 607. lib. 2. cap. 11. Appianus Alexandrinus paulo ante finem lib. de bellis Punicis refert, Polybium historicum scribere, se astitisse Scipioni, Carthaginis incendium spectanti & cum lachrymis hunc versum recitanti: Illa dies veniet cum fato Troia peribit. Familiariter itaque a praeceptore Polybio rogatus, quid sibi ea verba vellent: Respondit Scipio, Cogitare se miserabiles generis humani casus, & metuere se, ne simili excidio patria sua Roma aliquando pereat.

Hoc etiam anno Viriatus bellum in Lusitania excitauit: Cicero vocat bellum Viriatinum.

Hoc etiam tempore floruit Panetius Philosophus.

Q. Fabius

3827. Q. Fabius Maxim. Aimi- L. Hostilius Mancini- 608.
lianus, nus.

L. Mummius Achaicus triumphavit de Achaëis & Corinthijs.

C. Lælius prætor Viriatum Lusitanum fregit, ferocitatemq; eius repressit. Cicer. 2. Offic. & lib. de Amicitia ipse Lælius ait, se fuisse prætorem Q. Maximo & Lucio Mancino Coss. quinquennio ante suum Consulatum.

3828. Ser. Sulpitius Galba, L. Aurelius Cotta, 609.
Olymp. 159.

Valer. Max. lib. 6. cap. 4. dist. 2. Cum Ser. Sulpitius Galba & Aurelius Cotta Coss. in Senatu contenderent, uter aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter patres conscriptos dissensio esset: omnibus, quoniam Scipionis Aemiliani sententia inclinaretur, expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil est satis. Atq; malam licentis imperij magistram iudicans inopiam atq; auaritiam. Quo dicto, ut neuter in prouinciam mitteretur obtinuit.

Idem lib. 8. cap. 1. dist. 5. narrat, Tucciam virginem Vestalem cribro hausisse aquam, eoque miraculo castitatis suæ documentum dedisse. Mirum sanè, si verum. Dionys. 2. Plin. lib. 8. cap. 2. Augustin. Ciuit. lib. 10. cap. 16.

3829. Ap. Claudius Pulcher, Q. Cæcilius Metellus 610.
Macedonicus.

M. Antonius Orator Ciceronis Encomijs clarus, natus est, triennio ante L. Crassum Oratorem. Cic. Bruto, ubi addit, se has Oratorum ætates consignare, ut notari possit, in qua ætate dicendi latinè prima maturitas extitisset. Estq; hic annus ante mortem Ciceronis 100. Hic Antonius fuit Coss. anno suo: id est 43. completo. V.C. 654.

L

L. Cæci-

3830. | L. Coecilius Metellus Caluus. | Q. Fabius Maxim. Seruilianus. | 611.

L V S T R V M L V I I. Cens. P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus, L. Mummius Achaicus. *Censa civium Romanorum capita 428. millia, & 342.*

Valer. Max. lib. 4. cap. 1. dist. 10. Africanus posterior, cum Censor Lustrum conderet, inq. solito fieri sacrificio scriba ex publicis tabulis solenne ei precatiois carmen praeret, quo dii immortales ut populi Rom. res meliores, amplioresq. facerent, rogabantur: Satis, inquit, bona ac magna sunt. Ita q. precor, ut eas perpetuo incolumes seruent.

Q. Metellus Procos. urbem Contrebiam in Hispania oppugnauit. Valer. Max. lib. 2. cap. 7. dist. 10. Idem lib. 7. cap. 4. dist. 5.

3831. | Cn. Seruilius Cæpio. | Q. Pompeius Rufus. | 612.

Valer. Max. lib. 2. cap. 7. dist. 11. In eadem provincia Q. Fabius Maximus ferocissima gentis animos contundere et debilitare cupiens, mansuetissimum ingenium, ad tempus deposita clementia, seuiore uti seueritate coegit. Omnium enim, qui ex praesidijs Romanis ad hostes transfugerant, captiq. erant, manus abscidit: Ut trunca pra se brachia gestantes, defectionis metum reliquis inijcerent: Rebelles itaq. manus a corporibus suis distraeta, inq. cruentato solo sparsa, ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

3832. | C. Laelius Sapiens. | Q. Seruilius Cæpio. | 613.

Olymp.
160.

Hic

Hic Consul est Lalius, dictus Sapiens, quem Cicero de Amicitia differentem facit, & eius nomine librum illum inscripsit.

Cicero (ut supra diximus) in Lelio numerat quinquennium à Coss. Q. Max. L. Mancino ad Lelium Coss.

BELLVM NUMANTINVM.

L. Crassus Orator, cuius Cicero tanta cum laude meminit, natus est his Coss. maior Cicerone annis 34. Cic. Bruto.

Viriatus interfectus à Q. Capione Cos. dolo non armis. Nam Capio legatos Viriati pecunia à se corruptos & promissis ingentibus oneratos ad occidendum Viriatum impulit.

Valer. Max. lib 9. cap. 6. dist. 4. Viriati etiam cades duplicem perfidia accusationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemptus est: in Q. Seruilio Capione Cos. quia is sceleris huius auctor, impunitate promissa fuit: victoriamq; non meruit, sed emit.

3833.	Cn. Calpurnius Piso. Lex Gabinia Tabellaria lata à Gabinio. Zaf.	M. Popillius Lænas.	614.
3834.	P. Cornelius Scipio Nasica Serapio. Homo omnium infimus Trib. Pleb. P. Curiatius in vincula coniecit Coss. Decium & P. Scipionem. Cicer. lib. 3. de Legibus.	D. Iunius Brutus, qui postea Gallaicus.	615.
3835.	M. Aemilius Lepidus Porcina.	C. Hostilius Mancinus. L 2 Mancini	616.

Mancinus Cos. cum nauem conscenderet, talis vox sine ullo autore ad aures eius peruenit: Mancine mane. Postea victus est à Numantinis & castris exutus, cumq; spes nulla seruandi exercitus esset, pacem cum hostibus fecit ignominiosam, quam ratam esse Senatus vetuit. Triginta millia Romanorum, à Numantinorum millibus quatuor victa erant. Valer. Max. lib. 1. cap. 6. dist. 7.

Cic. de claris Oratoribus ait his Coss. latam esse legem Castam tabellariam à L. Cassio Longino.

3836. P. Furius Philus. Sex, Atilius Serranus. 617.

Olymp.
161.

L V S T R V M L V I I I . Cens. Q. Fabius Maxim. Seruilian. Q. Fuluius Nobilior.

L. Furius Cos. soluendi fœderis causa, quod Mancinus cum Numantinis fecerat, iussu Senatus Mancinum ad Numantinos vinctum perduxit, verum Mancinus à Numantinis non est receptus. Cic. 3. Offic.

3837. Ser. Fuluius Flaccus, Q. Calpurnius Piso, 618.

BELLVM SERVILE PRIMVM: cum serui in Sicilia aduersus Romanos iam antè arma sumpssissent, & Praetores aliquot superassent.

3838. P. Cornelius Scipio African. Aimilian. II, C. Fuluius Flaccus, 619.

Valer. Max. lib. 2. cap. 7. dist. 1. P. Cornelius Scipio eodem temporis momento, quo castra intrauit, edixit: ut omnia ex his qua voluptatis causa comparata essent, auferrentur ac summonerentur. Constat tum maximum inde institorum & lixarum numerum, cum duobus millibus

bus scortorum abijisse. Hac turpi atq. erubescenda sentina
vacue factus noster exercitus, ac rem illam & animosam
Numantiam incendijs exustam, ruinisq. prostratam solo
equavit.

3839.

P. Mucius Scaevola.

L. Calpurnius Piso
Frugi.

620.

NUMANTIA EXCISA A
P. SCIPIONE.

Numantini tanta fame laborarunt, ut iumentis omni-
bus & herbis consumptis lora & pelles scutis detractas co-
mederint. Tandem ipsi ciues, ne in manus victoris veni-
rent, inuicem sese trucidarunt, igniq. subiecto & sese &
urbem perdidit. Valer. Max. lib. 7. cap. 6. dist. 3.
Numantini à Scipione vallo & aggere circumdati, cum
omnia qua famem eorum trahere poterant, consumpsissent,
ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt. Qua-
propter capta iam urbe complures inuenti sunt, artus &
membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes.

Tib. Gracchus Tribunus plebis ad popularem curiam
captandam legem tulit de agrorum diuisione, & Cn. Octa-
uio Collega magistratum abrogauit, eò quod Graccho ad-
uersaretur. Itaq. ab optimatibus autore P. Cornelio Na-
sica in Capitolio occisus est fragmentis subsellij ictus, &
una cum alijs qui in eadem seditione occisi erant in sepul-
tus in flumen est proiectus. Hoc fuit initium in urbe Ro-
ma ciuilibus sanguinis. Inde ius vi obrutum: potentiorq.
habitus prior. Vide Appian. lib. 1. bell. Ciuil. Item,
Valer. Max. lib. 3. cap. 2. dist. 17.

Attalus moriens populum Romanum regni sui con-
stituit heredem. Populus Romanus Attalo Regi Asiam

L 3

dedit

dedit dono: Sed Attalus etiam testamenti aequitate gratius eandem Asiam populo Romano legavit. Valer. Max. lib. 5. cap. 2.

3840.
Olymp.
162.

P. Popillius Lænas.

P. Rupilius Nepos.

621.

P. Cornelius Scipio Africanus de Numantia triumphavit, anno 14. post, quam de Carthagine triumphum egerat, Cic. Attic. lib. 13.

Valer. Max. lib. 9. cap. 3. dist. 2. C. Figulus Consulatus repulsa dolore accensus, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi causa venissent, omnes dimisit: presatus. An vos consulere scitis, consulem facere nescitis. Dictum grauitè & merito: Sed tamen aliquanto melius non dictum.

3841.

P. Licinius Crassus.

L. Valerius Flaccus, Flamen Martialis.

622.

BELLV M ASIATICVM gestum cum Aristonico, qui Attalo Rege mortuo Asiam occupauerat.

Valer. Max. lib. 8. cap. 7. dist. 6. P. Crassus cum in Asia ad Aristonicum Regem debellandum Consul venisset, tanta cura Græca lingua noticiam animo comprehendit, ut eam in quinq; diuisam genera per omnes partes ac numeros penitus cognosceret. Quæ res maximum ei sociorum amorem conciliauit, quæ quis eorum lingua apud tribunal illius postulauerat, eadem decreta reddenti.

L V S T R V M L I X. Cens. Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, Q. Pompeius Rufus, ambo primi è plebe.

M. Per-

3842.	M. Perpèrna Nepos.	C. Claudius Pulcher.	623.
	<i>Aristonicus Crassum Procos. decedentem ex Asia interemit. Velleius.</i>		
	<i>M. Perpèrna Cos. victum Aristonicum in deditio- nem accepit, qui Roma iussu Senatus in carcere strangula- tus est.</i>		
	<i>Asia à M. Aquillio Cos. in prouinciam Rom. reda- ta est.</i>		
3843.	C. Sempronius Tudi- tanus.	M. Aquillius Nepos.	624.
	<i>Scipio Africanus Minor obiit etat. 56: qui duas vrbes Romano imperio infestissimas, Carthaginem, Numan- tiamq; deleuit. Cic. in Catilin.</i>		
	<i>Cic lib. 2. de natura Deorum: Sole geminato Coss. Tuditano & Aquilio, P. Africanus Sol alter extinctus est.</i>		
	<i>Lalius sermonem habet de amicitia, quem Cicero post annos 85. in literas retulit.</i>		
3844. Olymp. 163.	Cn. Octavius Nepos.	T. Annius Luscus.	625.
3845.	L. Cassius Longinus Ra- uilla.	L. Cornelius Cinna.	626.
3846.	Mam. Aemilius Lepidus.	L. Aurelius Orestes.	627.
	L V D I S Æ C V L A R E S I I I I . F A C T I .		
3847.	M. Plautius Hypsæus.	M. Fuluius Flaccus.	628.
		BEL-	

BELLVM ALLOBROGICVM quo primum
cum Gallis trans Alpes dimicatum est.

L V S T R V M L X. Cens. Cn. Seruilius
Cæpio. L. Cassius Longinus Rauilla.

3848. C. Cassius Longinus. C. Sextius Calvinus. 629.
Olymp.
164.
*Carthago in Africa restitui iussa anno 22. post, quam
excisa fuerat. Oros.*

3849. Q. Cæcilius Metellus, qui T. Quinctius Flami- 630.
postea Balearicus appella-
tus est. ninus.

BELLVM BALEARICVM.

*C. Sextius Procos. victa Saluorum gente Coloniã
Aguas Sextias condidit ob aquarum copiam, & calidos &
frigidos fontes à nomine suo appellauit.*

3850. Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Fannius Strabo. 631.
*Luna trine apparuerunt, quas pleriq; appellauerunt
Soles nocturnos. Plin. 2.*

3851. Q. Fabius Maximus. L. Opimius Nepos. 632.
*Plin. lib. 7. cap. 50, scribit: Q. Fabium Max. Cos.
apud flumen Issaram praelio commisso aduersus Allobro-
gum & Auernorum gentem ante diem 6. Id. Augusti
120. millibus hostium cæsis febris quartana liberatum esse
in acie.*

C. Sem-

C. Sempronius Grachus occisus (post interfectum fratrem Tiberium Grachum anno 12.) cum per biennium Tribunus plebis Rempub. seditiosis legibus perturbasset: & hac cedes fuit initium bellorum Ciuilium. Velleius.

Cic. in Catilin. Decreuit Senatus, ut L. Opimius Cos. videret, ne quid Respub. detrimenti caperet. Nox nulla intercessit mox interfectus est propter quasdam seditio- num suspiciones C. Grachus clarissimo patre natus, auis, maioribus occisus est cum liberis M. Fuluius Consularis. Idem de Arusp. resp. C. Grachus quo ingenio? quanta vi? quanta grauitate dicendi? ut dolerent boni omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem, voluntatemq; esse conuersa. Item: C. Grachum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domestici sangui- nis pœnas excitauit. Dionys. Romanis adeo firma coaluit concordia, ut per 630. annos nunquam ventum sit ad cæ- dem & sanguinem, multus licet ac magnis inter plebem & nobilitatem exortis controuersys de republica, ut solet fie- ri in omnibus tam paruis quam magnis ciuitatibus: sed parentes & monentes mutuum, & partim concedentes, partim impetrantes à volentibus, per expostulationes ciui- tes componebant negocia. Ex quo autem C. Grachus tri- bunatum plebis adeptus perturbauit ciuitatis concordiam, sine fine occidunt se mutuum & ex urbe eijciunt, nullum nefas non patrantes propter victoriam.

3852. Olymp. 165.	P. Manilius Nepos.	C. Papirius Carbo.	633.
	LVSTRVM LXI. Cens. Q. Seruilius Cæpio. Q. Cæcilius Metellus Balearicus.		
3853.	L. Cæcilius Metellus Caluus.	L. Aurelius Cotta.	634.
		M. Por-	

3854.	M. Portius Cato.	Q. Martius Rex.	635.
	<i>M. Portius Cato Cos. obiit, cum profectus esset in Africam prouinciam. Gell. lib. 13. cap. 18.</i>		
3855.	L. Cæcilius Metellus Delmaticus.	Q. Mucius Scauula.	636.
3856. Olymp. 166.	C. Licinius Geta,	Q. Fabius Maximus Eburnus.	637.
	M. Terentius Varro Philosophus & Poëta nascitur. <i>Euseb.</i> decennio ante natum Ciceronem.		
3857.	M. Aimilius Scaurus.	M. Cæcilius Metellus.	638.
	LVSTRVM LXII. Cens. L. Cæcilius Metellus Caluus. Cn. Domitius Ahenobarbus.		
	<i>Q. Cæcilius Metellus Macedonicus mortuus est: de quo sic Cic. de finib. Q. Metellus tres vidit filios Consules, e quibus unum etiam & Censorem, & triumphantem, quartum autem prætorem, eosq; saluos reliquit: & tres filias nuptias, cum ipse Consul, Censor etiam, Augurq; fuisset & triumphasset.</i>		
	<i>Idem habet Valer. Max. lib. 7. cap. 1. ubi ait: Leni genere mortis inter oscula complexusq; carissimorum pignorum extinctum, & filij & generi humeris per urbem latum rogo esse impositum.</i>		
3858.	M. Acilius Balbus.	C. Porcius Cato.	639.
	BELLVM THRACICVM.		
		Horten-	

Hortensius Orator, Ciceroni coniunctif-
simus, nascitur octennio ante natum
Ciceronem, Cic. Bruto. vixit an. 64.

Valer. Max. lib. 8. cap. 14. dist. 12. Cum Senatus
censuisset, ut Veneris Verticordia simulachrum consecra-
retur, quo facilius virginum, mulierumq; mentes a libi-
dine ad pudicitiam conuerterentur, & ex omnibus matro-
nis centum, ex centum autem decem sorte ducta, de san-
ctissima foemina iudicium facerent, cunctis castitate pra-
lata est Sulpitia Ser. Paterculi filia 2. Fuluij Flacci uxor.
Item Plin. lib. 7. cap. 35. Ouid. 5. Fast. & Solin. cap 7.

3859. C. Caecilius Metellus Ca- Cn. Papirius Carbo. 640.
prarius,

BELLVM CIMBRICVM
SEV TEVTONICVM.

Hoc anno Cimbri & Teutones primū Alpes transgressi
in Italia foedam stragem Romanorū sociorumq; fecerunt.
Nam Cn. Papirius Carbo Cos. in Illyrico ab illis fusus &
exercitu exutus est. Tacitus ab hoc anno V. C. 640. ad al-
terum Traiani Consulatum computat annos ferme 210.

3860. M. Liuius Drusus. L. Calpurnius Piso Ca- 641.
Olymp. sonin,
167.

3861. P. Cornelius Scipio Na- L. Calpurnius Bestia. 642.
sica.

BELLVM IUGVARTHINVM: à quo Salustij
historia incipit.

M 2

P. Sci-

P. Scipio Nasica mortuus. Cic. Bruto. Valer. Max. lib. 5. cap. 3. dist. 2. Scipio Nasica tantum laudis toga, quantum armis uterq; Africanus meruit. Sed is quoque propter iniquissimam virtutum suarum apud cives estimationem, sub titulo legationis Pergamum secessit. Et quod vite superfuit, ibi sine ullo ingrata patria desiderio peregit.

3862. M. Minucius Rufus. Sp. Postumius Albinus. 643.

3863. Q. Cæcilius Metellus. M. Iunius Silanus. 644.

Q. Metellus de Jugurtha triumphavit, & Numidicus appellatus est.

Iunius Silanus Cos. contracta infeliciter pugna à Teutonibus superatur, à qua victoria cum missis legatis sedem & agros à Senatu Roma. postularent, is hoc ipsis negavit.

Pomponius Atticus intimus amicus Ciceronis, nascitur triennio ante Cicero-
nem, vixit an. 77.

3864. Ser. Sulpicius Galba, L. Hortensius Nepos, an- 645.
Olymp. tequã iniret damnatus est.
168. In eius locum successit
M. Aurelius Scaurus.

L V S T R V M LXIII. Cens. Q. Fabius
Maxim. C. Licinius Geta.

3865. L. Cassius Longinus, in pralio C. Marius Nepos. 646.
occisus. In eius locum factus est
Cn. Cornelius Dolabella.

Cic.

*Cic. 3. Offic. Marius cum à spe Consulatus longè ab-
esset : & iam septimum annum post praturam iaceret :
neq. petiturus unquam consulatum videretur : Q. Me-
tellum, cuius legatus erat, summum virum, & ciuem, cum
ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud pop. Rom.
criminatus est, bellum illum ducere, si se Cos. fecissent,
breui tempore aut viuum, aut mortuum Iugurtham se in
potestatem pop. Rom. redacturum. Itaq. factus est ille
quidem Cos. sed à fide, iusticiâq. discessit : qui optimum
& grauisimum ciuem, cuius legatus, & à quo missus es-
set, in inuidiam falso crimine adduxerit.*

*L. Cassius Cos. occisus, eiusq. exercitus ab Eluetijs Ti-
gurinis pulsus, & sub iugum missus. Caesar. lib. 1. belli
Gallici. Oros.*

*Marius Cos. Iugurtham non procul ab oppido Cirta
armis exuit, ideoq. Iugurtha Bocchum Mauritaniae Re-
gem cum exercitu aduocauit : Sed Marius cæsis hostibus
Cirtam occupauit. Terribilia Marij praelia cum Iugurtha
& Boccho describit Oros. lib. 5. cap. 15.*

3866.

C. Attilius Serranus.

Q. Seruilius Cæpio.

647.

VITA CICERONIS.

*M. Tullius Cicero linguæ Latinæ parens
& Oratorum princeps, nascitur Arpini,
oppido Campaniæ, 3. Ianuarij, post na-
tum Crassum Oratorem, Anno 34.
Cic. Bruto. Gell lib. 15. cap. 28.*

*Pompeius Magnus natus est 30. Septemb. Velleius,
& Plin. lib. 37. cap. 2.*

M 3

L. Cras-

L. Crassus Seruiliam legem suavit. Cic. Brute.
Iugurtha captus à C. Mario. Vide Plutarch. in Sylla.

3867. P. Rutilius Rufus. Cn. Manlius Maximus. 648.

Manlius Cos. & Q. Capioprocos. aduersus Cimbroſ
infeliciter pugnarunt 6. Octob. Cesa sunt Romanorum
80. millia.

Scaurus Cos. deletis Rom. copijs in manus Teutonum
vini peruenit. Qui in consilium à victoribus adhibitus,
cum eos deterrere conaretur, ne superatis Alpium iugis,
in Italiam sese demitterent, quod vinci non posse Romanos
diceret: Bolus Rex, ferox iuuenis confestim manu sua eum
interemit. Epitom. Liuij 67.

3868. C. Marius Nepos II. C. Flavius Fimbria. 649.

Olymp.
169.

C. Marius II. Cos. de Iugurtha triumphauit Calend.
Januar.

Lex Cassia de iudicijs populi lata, à C. Cassio Longi-
no Tribuno plebis, ad minuendam nobilitatis potentiam,
vt quem populus damnasset, cuius imperium abrogasset,
in Senatu ne esset. Tulerat autem eam maximè propter
simultates, cum Q. Seruilio Capione, qui ante biennium
Cos. fuerat, & cui populus, quia male aduersus Cimbroſ
pugnauerat, primo omnium post Tarquinium superbum,
imperium abrogauerat. Zas.

Plin. lib. 10. cap. 4. Aquilam Romanis legionibus
in secundo Consulatu suo C. Marius proprie dicauit.

3869. C. Marius Nepos III. L. Aurelius Orestes. 650.

C. Marius

3870. C. Marius Nepos III. Q. Lutatius Catulus. 651.

L V S T R V M L X I I I. Cens. Q. Cæcilius Metellus Numidicus. C. Cæcilius Metellus Numidicus. C. Cæcilius Metellus Caprarius.

Marius Teutonas & Ambronos ad aquas Sextias prope Massiliam deleuit. Oros. Strabo 4.

M. Antonius Orator in Ciliciam proficiscens Athenas venit, cuius meminit Cic. lib. 1, de Oratore: triennio post factus est Consul.

Hoc anno Archias Poëta Romam venit. Cic.

3871. C. Marius Nepos V. M. Aquillius Nepos. 652.

Aquillius aduersus fugitiuos in Siciliam missus, bellum Seruile, Athenione duce interfecto confecit. Diodor. lib. 36.

Cimbri ad Athesim fluum victi à Romanis.

C. Marius V. Cos. cum non multò antè Teutonum exercitum numerosissimum trucidasset, 29. Iulij alterum exercitū Cimbricum ingenti pugna vicit & deleuit. Interfecti sunt 120000. homines, capti 60000. Post acceptam cladem matres iugularunt liberos suos, viri fugientes ex acie, sibi ipsi intulerunt manus. Multi cum deessent arbores, ex quibus suspenderentur, cornibus bouum collis se alligarunt, à quibus cum precipites traherentur, sunt strangulati. Conspecta est in castris infelix mater, quæ de alto curru se suspenderat, cui ex utroque pede parui nati mortui pendebant. Plutarch.

C. Marius

3872.
Olymp.
170.

C. Marius Nepos VI.

L. Valerius Flaccus.

653.

Seditio L. Appuleij Saturnini.

Romæ magna est coorta seditio, quam concitavit L. Appuleius Saturninus, qui cum anno superiore Tribunatus Competitorem A. Nonium occidisset, eaq; ratione Tribunus pleb. iterum factus legem Agrariam per vim tulisset, in quam à singulis Senatoribus iurari voluit, Q. Metello Numidico, qui vnus in eam iurare noluit, diem dixit. Metellus autem, cui patrie salus quam conspectus dulcior erat, de ciuitate maluit quam de sententia dimoueri & C. Mario VI. Cos. & eius inuictis legionibus ne armis conflikeret cedendum esse duxit. Sed cum idem Saturninus C. Memmium candidatum Consulatus interfecisset, operamq; daret, ut C. Seruilius Glaucia prator fieret Consul, S. C. factum est, ut Coss. viderent, ne quid Respub. detrimenti caperet. Itaq; Saturninus & Glaucia prator statim interfecti sunt. Cic. pro Rabir. & in Bruto.

Natalis Iulij Cæsaris.

C. IULIUS CÆSAR nascitur (post natum Ciceronem septennio) die 12. Iulij, qui mensis post eius mortem lege Antonia Julius est ea de causa dictus, (Macrob. 1. Saturn. cap. 12.) Pater eius fuit C. Julius Cæsar vir pratorius: mater Aurelia, C. Aurelij Cotta filia. De Cæsarum familia Sueton. Fuit, inquit, in gente Julia & Cæsarum familia: quo cognomine primum usum tradunt Sext. Julium Cæsarem, qui anno belli Punici sec. vndecimo M. Claudio Marcello, T. Quinctio Crispino Coss. (V. C. 545.) Siciliam prouinciam Pr. obtinuit, ab hoc in vniuersam familiam cognomen defluxisse. Cognominis rationem alij aliam tradunt: quidam quod qui primus Julio-

Fuliorum sic dictus est, caso matris utero natus sit: alij ab elephanto caso: alij à casis oculis, vel Casarie. Sed de Elephanto qui Caesar Punicæ lingua diceretur, sententia multus est visa probabilior: cum quod matris utero casos Romani proprio vocabulo Casones dixerint: tum quod inter Caesaris numos non pauci spectentur cum nota Elephantis: interq̄, ceteros unus Punicis literis circa Elephantum inscriptus: ut merito videri possit Caesar, e ratione sua familia cognominis originem publicare voluisse: præsertim nullo alio evidente alicuius rei gesta argumento, quare elephantum in numis suis signavit. Hac Golzius.

Sulla de Casare adhuc puero dixit, ei multos inesse Marios, futurumq̄, eum aliquando optimatum sectæ exitio.

SVETONII historia incipit.

3873. M. Antonius Nepos. A. Postumius Albinus. 654.

Hoc anno fuit Cos. M. Antonius, quem loquentem introducit Cic de Oratore: qui etiam huius anni meminisse lib. 2. de Orat. quod homini seditioso & turbulento Sext. Titio Tribuno pleb. restiterit. Plinius his Coss. adscribit Annum V. C. 655. Congruit secundum Varronem.

3874. Q. Cæcilius Metellus Nepos. T. Didius Nepos. 655.

Lex Cæcilia Didia lata ab his Coss. ab utriusq̄ nomine sic dicta.

3875. Cn. Cornelius Lentulus. P. Licinius Crassus. 656.

N

LV.

L V S T R V M L X V. Cens. L. Valerius Flaccus. M. Antonius Nepos : *Huius Antonij Censoris meminit Cicer. 3. de Orat. quod imperatoris manubijs rostra ornarit.*

Plin. lib. 30. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. S. C. factum est, ne homo immolaretur, palamq; in tempus illud sacra prodigiosa celebrata.

3876. Olymp. 171.	Cn. Domitius Ahenobarbus.	C. Cassius Longinus.	657.
-------------------------	---------------------------	----------------------	------

3877.	L. Licinius Crassus.	Q. Mucius Scauola.	658.
-------	----------------------	--------------------	------

Hi Coss. fuerunt duo illi summi Oratores, quos passim Cicero celebrat. Scauolam vocat hominem Iurisperitorum eloquentissimum, & eloquentium iuris peritissimum.

Eodem anno Hortensius primum in foro dicere cepit natus annos 19. deinceps vixit an. 44. Cic. Bruto.

Lata lex Licinia & Mutia, qua Latini Romanorum socij, qui se pro ciuibus Romanis gerabant, cum reuera non essent, in suarum ciuitatum iura redigebantur.

Ea lege ita alienati sunt Italorum animi, ut Italici belli, quod post triennium exortum est ea maxima causa fuerit.

Cic. 3. Offic. Esse pro ciue, qui non sit ciuis, rectum est non licere: quam legem tulerunt sapientiss. Coss. Crassus & Scauola. Hanc legem Liciniam & Mutiam vocat in Bruto.

3878.	C. Caelius Caldus,	L. Domitius Ahenobarbus,	659.
-------	--------------------	--------------------------	------

C. Va-

3879. | C. Valerius Flaccus. M. Herennius Nepos. | 660.

3880. | C. Claudius Pulcher. M. Perpenna Nepos. | 661.

Olymp.
172.

L V S T R V M L X V I. Cens. Cn. Domitius Ahenobarbus. L. Licinius Crassus.

L. Crassus Censor habuit postremam suam Orationem etat. 48. Cic. Bruto. Plinius lib. 17. Crassus atq; Domitius Censuram gessere anno Urbis 662. (congruit secundum Varronem) frequentem iurgijs propter dissimilitudinem morum. Huius Censura aliquoties meminit Cic. de Orat.

Hoc tempore clarissima illa M. Curij & M. Coponij causa apud Centumvirose a duobus Consularibus atq; equalibus, L. Crasso & Q. Scauola defensa est, paulo ante, quam Cicero in forum venit, ut testatur ipse pro Caccinna.

3881. | L. Marcius Philippus. Sex. Iulius Cæsar. | 662.

Sermo de Oratore.

Hoc anno fingit Cicero habitum esse sermonem de Oratore a L. Crasso & Antonio, quem Cicero literis mandavit post annos 36.

L. Crassus Idibus Septemb. in Senatu contentione vehementi multa dixit, & febris correptus, septimo die post, laterum dolore extinctus est, etat. 49. die 20. Septemb. de quo vide initium lib. 3. Cic. de Oratore.

C. Cotta paucis diebus post mortem Crassi depulsus est Tribumatu plebis, & e ciuitate eieclus. Cic. 3. Orator.

N 2

M. Linius

M. Liuius Drusus Trib. pleb. seditionem Roma commouit, & populos Italicos ac Romanorum socios sibi adiunxit, & de ciuitate Romana ipsis danda leges retulit. Is cum è foro magna multitudine hominum cinctus domum rediret, domi suae interfectus est. Cic. 3 de natura Deorum, & Velleius. Hac fuerunt initia & occasiones belli Itatici siue Socialis, quod exortum esse scribit Solinus an. V. C. 662. in numeris nobiscum concordans. Quod autem Velleius & alij bellum Sociale ad sequentis anni Coss. referunt, intelligatur eos loqui non de primis initijs, quae in hunc annum incidunt, sed de publico apparatu belli aduersus Italicos populos à Romanis suscepti & gesti.

Plinius etiam lib. 13. refert belli Socialis initium ad Coss. Sex. Iulium, L. Marcium. Idem lib. 2. scribit L. Marcio Sex. Iulio Coss. in agro Mutinensi duos montes concurrisse. Mirum si verum.

Cicero in forum venit.

Post obitum Crassi, circa huius anni finem, vel sequentis principium Cicero, anno atat. 16. sumpta virili toga venit in forum ante Consulatum suum 28. ante bellum Ciuile 42. ante mortem suam 49. Ea de re ipse sic scribit in Bruto: Hortensio floescente Crassus est mortuus, Cotapulsus, iudicia bello intermissa, nos in forum venimus.

Plutarchus scribit: Hoc tempore ingenium Ciceronis ita eluxisse, tantumq; nominis & gloriae inter pueros habuisse, ut eorum parentes, visendi Ciceronis gratia, ad ludum venirent, & pueri honoris gratia Ciceronem medium deducerent. Ouid. 5. Fastorum:

Et

Et medius iuuenum, non indignantibus ipsis
Ibat: & interior, si comes vnus erat.

Lucretius Poëta vixit. Eius sunt hi versus:

O stultas hominum mentes ô pectora cæca
Quamlibet in tenebris vitæ, quantifq; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; est.

3882.

L. Iulius Cæsar.

P. Rutilius Lupus.

663.

BELLVM MARSICVM
vel Italicum vel Sociale.

Rutilius Coss. contra Marsos dimicans in pralio occisus est. Ouid. in Fastis scribit eum interfectum esse 4. Idus Iunij, die festo Matutæ. In hoc bello Hortensius fuit miles, teste Cicerone in Bruto.

Lex Julia lata est à L. Casare Consule, P. Rutilij collega, ea sanxit, ut ijs, qui bello Italico exorto, in fide manserant (manserant autem omnes Latini) & ijs, qui in amicitiam postea redissent, ciuitas daretur. Ita primum Latini, deinde etiam Italici omnes, cum ad amicitiam populi Rom. redissent, ciuitate donati. Julia autem dicta, quia solus eam Casar, cum eius Collega Rutilius in pralio esset occisus, ex S. C. tulit.

3883.

Cn. Pompeius Strabo. Hic
fuit pater Pompeij Magni.

L. Portius Cato.

664.

*L. Portius Cato Cos. in pugna cecidit. Cn. Pompeius Cos. Asculum cepit, & Vestinos atq; Pelignos ad deditio-
nem adegit. Item de Asculanis triumphauit. Appian. &
alijs.*

N 3

Cicero

Cicero etat. 13. dat operam studio Iuris civilis. Brut. & Philippica 12. ait: se sub Cn. Pompeio Cos. fuisse Tyro- nem in eius exercitu, & addit: Sextum Pompeium fra- trem Consulis in colloquium cum hoste P. Vettio Catone du- ce Marsorum venisse: Eum Cato cum salutasset: Quem te appellem, inquit? At ille: Voluntate hospitem: neces- sitate hostem.

Plin. lib. 13. Anno Urbis 665. (secundum Varro- nem) Licinius Crassus, L. Julius Caesar Censores edixe- runt, ne quis venderet unguenta exotica.

Lex Plotia lata à M. Plancio Silvano Trib. pleb. an. 2. belli Italici. Ascon. Zaf.

3884.
Olymp.
173.

L. Cornelius Sylla, qui po- Q. Pompeius Rufus. 665.
stea Felix appellatus est.

BELLVM CIVILE Marianum.

Primum ciuile bellum inter Syllam & Marium: inde dictum Marianum: Hinc ad ciuile bellum Julij & Pom- peij 40.

BELLVM MITHRIDA- ticum.

Mithridates Asia in potestatem redacta omnes ciues Romanos in omnibus Asia ciuitatibus vno die, vnoq; nun- cio interficiendos curauit: Q. Oppium Procos. & M. A- quillum Legatum, captos necauit. Huius miseranda ca- dis Romanorum ciuium meminit Cic. pro Manil. & pro Flacco.

Flacco. Vide Appian. in Mithridaticis, & Valer. Max.
lib. 9. cap. 2. dist. 3. Augustin. Ciuit. lib. 3. cap. 22.

Velleius. Finito maxima ex parte Italico bello Consu-
latum inierunt Pompeius & L. Cornelius Sylla. vir, qui
neq. ad finem victoriae satis laudari: neq. post victoriam
abundè vituperari potest: Consulatum 49. aetatis suae an-
no assecutus est.

Cicer. in Bruto: Sylla & Pompeio Coss. cum princeps
Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus Mithri-
datico bello, domo profugisset, Romamq. venisset, totum ei
se tradidi.

Q. Mucius Augur, Lelij de Amicitia Sermonem, pau-
cis diebus post mortem Africani Aquillio & Tuditano Coss.
Ciceroni exposuit. Eum literis mandauit Cic. post 41.
annos. Augure mortuo Cicero se ad Q. Scaeuulam Pon-
tificem contulit, cui cum operam daret peritus iuris eua-
sit. Plutarch.

Sylla cum exercitu Romam venit. P. Sulpitius Trib.
pleb. occisus à Sylla.

Velleius: Sylla contracto exercitu ad urbem redijt,
eamq. armis occupauit, Marium cum filio, & P. Sulpitio
urbe exturbauit, ac lege data exules fecit. Sulpitium equi-
tes iugulauere, caputq. eius erectum & ostentatum pro ro-
stris, velut omen imminentis proscriptionis fuit. Idem:
Marius post VI. Consulatum, annoq. 70. nudus ac limo
obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus ex-
tractus arundineti in carcerem productus est. Hoc pri-
mum anno sanguine Coss. Romani, militis imbuta ma-
nus: quippe Pompeius, Collega Syllae ad exercitum Cn. Pom-
peij Procoss. seditione interfectus est. Vide Cic. pro Sextio.

Cn.

3885. | Cn. Octavius Nepos. | L. Cornelius Cinna, *coact.* | 666.
abdicavit. In eius locum
factus est
L. Cornelius Merula.

*Tres Oratores crudelissime interfecti, M. Antonius
Triumvir auius, Q. Catulus, & C. Julius. Cic. Bruto.
Hinc ad mortem Ciceronis 44. In Bruto Ciceronis habes
Encomium eloquentiae M. Antonij: Omnia, inquit, venie-
bant Antonio in mentem, &c.*

*Circa hunc annum Cicero (atat. 20.) edidit Commen-
tarios de Inventione. Moloni item Rhodio Roma dedit
operam.*

Catullus Poëta nascitur.

*Hoc anno Cinna Consul cum perniciosas leges per vim
ferret, vrbe à Cn. Octavio Collega pulsus est, atq. ita bel-
lum Octavianum commotum est.*

*Roma occupata ab exercitu Cinna & Marij cadibus &
rapinis repletur.*

*Cic. in Catilina: Cn. Octavius Cos. armis ex vrbe col-
legam suum expulit. Omnis hic locus aceruis corporum &
civium sanguine redundavit.*

*Cicero post reditum in Senatu ait: C. Marium reditu
suo Senatum cunctum penè deleuisse.*

De hoc anno vide Cic. 2. de natura Deorum.

Cn. Octavio Cos. praeciditur caput iubente Cinna.

L. Meru-

L. Merula cum se Consulatu abdicasset, incisus Venis sponte vitam finijt.

Cinna retinens insignia Consulatus, patria bellum intulit.

Plutarchus in Sertorio: Cum Octavius Cos. in partib. Syllanis perseveraret, Cinna verò eius Collega res renovare adortus, partes Marij sibi adisceret: Sertorius Cinnae adhesit. Commissa itaq; in ipso foro inter Coss. pugna, Cinna & Sertorius superantur, pellunturq; ex urbe, non paucioribus quàm decem millibus in pugna amissis.

Post hunc annum, triennium ferè urbem sine armis fuisse, Cicero in Bruto ait.

3886. L. Cornelius Cinna II. C. Marius VII. Jn mag. 667.
mortuus est. Jn eius locum successit
L. Valerius Flaccus II.

Marius Sext. Licinium Senatorem de saxo deijci iussit: editisq; multis sceleribus Idib. Ianua. decessit. Vir cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior an pace perniciosior fuerit: adeo quam Rempub. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis evertit. Epit. Flori lib. 80.

Velleius. Secundum deinde Consulatum Cinna, & Septimum Marius in priorum dedecus inijt, cuius initio morbo oppressus decessit, vir in bello hostibus, in ocio civibus infestissimus, quietisq; impatientissimus. Dominante in Italia Cinna, maior pars nobilitatis ad Syllam in Achaiam, ac deinde post in Asiam perfugit. Sylla interim cum Mithridatis praefectis circa Athenas, Bæotiamq; & Macedoniam, ita dimicavit, ut Athenas reciperet.

O

Plutar-

Plutarchus in Sylla. Sylla Athenarum vrbe positus est, ut ipse in Commentarijs scriptum reliquit, Calend. Martijs, qui dies ^{αὐθιγῶν} & mensis exordium maxime coincidit. Velleius. Vix quidquam in Sylla operibus clarius duxerim, quam quod cum per triennium Cinnana Marianaq; partes Italiam obsiderent, bellum ipsis se illaturum non dissimulauit.

Valer. Max. lib 8. cap. 1. dist. 7. Q Flavius Augur a C. Valerio adile apud populum reus actus cum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset, proclamauit se innocentem opprimi. Cui Valerius aque clara voce respondit, nihil sua interesse, nocens ne an innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia dicti reliquas tribus aduersario donauit. Abiecerat inimicum: eundem, dum pro certo pessundatum credidit, erexit: victoriamq; in ipsa victoria perdidit.

Crispus Salustius Historicus nascitur. Thucydidi ex Graecis opponitur a Quintiliano elegantia dicendi. Attica breuitate sententiarum celebritate. Taxatur autem a Pollione ut nimis antiquarius & ex Catonis originibus verba mutuatus. Trogo autem quod orationibus nimis longis utatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex vtriusq; inuectiuis Orationibus constat. Martialis: Crispus Romana primus in Historia.

LVSTRVM LXVII. Cens. L. Marcius Philippus. M. Perpenna nepos.

3887. **L. Cornelius Cinna III, Cn. Papirius Carbo. 668.**
Filius

Filius captus à Sylla anno 1100. ab excidio Troie: incluso anno 2788. Appianus in Mithridat. Hac Iliensium clades incidit in finem Olymp. 173. & sunt qui putant inter hanc & illam priscam expugnationem M. L. (rectius M. C.) annos intercedere.

Decennio post, quam Hortensius agere causas in foro cepit, natus est Brutus, cuius nomine Cicero librum de claris Oratoribus inscripsit.

Qua fuerint hoc tempore, quo urbs sine armis fuit, studia Ciceronis, ipse in Bruto exponit. Ego, inquit, hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione versabar: eram cum stoico Diodoto. qui cum habitasset apud me, mecumque vixisset, nuper est domi mea mortuus, à quo cum in alijs rebus, tum studiosissime in Dialectica exercebar, qua quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: Sine qua etiam tu, Brute, iudicavisti, te illam iustam eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse.

De eodem Cicero Tuscul. 5. Diodotus stoicus cecus multos annos nostrae domi vixit: is vero, quod credibile vix esset, cum in Philosophia multo etiam magis assidue, quam antea versaretur: & cum fidibus Pythagoreorum more uteretur: cumque ei libri noctes & dies legerentur (quibus in studijs oculis non egebat) tum, quod sine oculis fieri vix videtur, Geometriae munus tuebatur, verbis precipiens discipulis, unde, quò, quamque lineam ducerent.

3888. Olymp. 174.	Cn. Papirius Carbo II. Solutus Consulatum gestit.	L. Cornelius Cinna IIII. Cum abdicasset occisus est.	669.
		O 2	Cinna

Cinna lapidibus occisus à suo exercitu. Hoc anno Verres fuit quaestor in Sicilia, in quem Cicero Verrinas scripsit post annos 14.

3889. L. Cornelius Scipio Asiaticus. C. Norbanus Flaccus. 670.

Sylla cum exercitu ingressus in Italiam crudeliter sevit in ciues Romanos.

Capitolium Romae conflagrauit 6. Iulij. Salust. Plutar. in Sylla.

Cn. Pompeius adolescentulus priuatus exercitum difficili Reipub. tempore confecit, eiq; praefuit, & rem optime ductu suo gessit. Cicero pro lege Manilia.

3890. C. Marius Nepos. Cn. Papyrius Carbo III. 671.

SYLLA DICTATOR dictus ab Interrege L. Valerio Flacco circa huius anni exitum, interfecto utroque Cos. & felicem se appellari voluit: nimirum haec felicitas ei contigit magna patriae calamitate: qua de re Dionysius inquit: Quadringentis annis elapsis à dictatura T. Largij, odiosa res visa est omnium mortalium iudicio, quando L. Cornelius Sylla primus & solus acerbe crudeliterq; usus est ea, ut tum primum sentirent Romani quod superioribus temporibus ignorauerant, dictaturam esse tyrannidem. Nam & Senatum ex qualibuscunq; constituit, & tribunitiam potestatem fecit quam minimam, & vrbes desolauit integras, & regna alijs dedit, alijs abstulit, alijsq; multa superbe gessit, de quibus longum esset dicere. Cuium quoq;, praeter eos qui praelijs absumpti sunt, deditiorum interfecit non minus quatuor millia.

Cicero: Omnium legum iniquissimam, dissimilimamq; legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus Interrex de Sylla tulit,

rulit, ut omnia, quaecumq; ille fecisset, essent rata. De legibus à L. Cornelio Sylla latis vide Zasium.

Sunt autem hæ: Lex Cornelia de falso: de Sicarijs: de iniurijs: de parricidio.

Valer. Max. lib. 9. cap. 2. dist. 1. L. Sylla, quem neque laudare, neq; vituperare quisquam satis digne potest: quia dum querit victorias, Scipionem se populo Romano: dum seuitiam exercet, Annibalem representauit. Egrege namq; autoritate nobilitatis defensa, crudeliter totam urbem, atq; omnes Italiae partes ciuilibus sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariae partis fidem suam secutas in publica villa (que in campo Martio erat) nequicquam fallacis dexterae misericordiam implorantes, obruncari iussit. Quarum lamentabiles quiritatus trepide ciuitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est.

3891. M. Tullius Decula. Cn. Cornelius Dolabella. 672.

Cn. Pompeius (natus annos 25.) primum triumphauit de Hiarba Numidarum Rege, & magnus appellatus est à Dictatore Sylla. Hic primus eques Romanus triumphasse legitur.

Cicero primam causam priuatam pro Quintio dixit: atat. 26. Gellius lib. 15. cap. 28.

3892. L. Cornelius Sylla Felix II. Q. Cæcilius Metellus Pius. 673.

Olymp.
175.

Oratio Ciceronis pro Sext. Roscio habita à Cicerone atat. 27. Gellius, Cicer. Bruto. Quint. lib. 12. cap. 6. Euseb.

In hac Oratione Cicero Roscium parricidij reum defendit contra Chryfogonum Syllae libertum. Ea actione Syllam offendisse dicitur Cicero: Unde & metu Syllae Dictatoris in Asiam abiit.

Mitylena in Asia expugnata à Romanis, & Julius Caesar corona civica donatus est etat. 20. Sueton. Liu. Epitom. lib. 89. Cic. 2. contra Rullum.

Hoc tempore captum est bellum Sertorianum in Hispania: De quo vide Florum & Valer. Max. lib. 7. cap. 3. dist. 6.

3893. P. Servilius Vatia, qui postea Isauricus appellatus est. Ap. Claudius Pulcher. 674.

Huius anni aestate Cicero (at. 28.) in Asiam profectus est hortatu amicorum, Athenis mansit sex mensibus, fuitque cum Antiocho veteris Academia Philosopho.

Sylla se abdicavit Dictatura, quam in perpetuum ceperat, & dimisso à se presidio pub. palam in foro dixit, se omnium à se gestarum rerum paratum esse reddere rationem. Appian. Plutarch.

3894. M. Aimilius Lepidus. Q. Lutatius Catulus. 675.

Sylla in agro Cumano moritur, ac Romam perlatus cum magna pompa in campo Martio crematur & sepelitur. Appian. lib. 1. Primus autem è patricijs Cornelijs Sylla igni cremari voluit.

Valer. Max. lib. 9. cap. 3. dist. 8. Sylla Puteolis ardens indignatione, quod Granius princeps eius Colonia pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolij promissam, cunctantius daret, animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu conuulso pectore, spiritum cruore ac
minis

minus mistum euomuit. Nec senio iam prolapsus, utpote sexagesimum ingrediens annum: sed alita miseris Reipub. impotentia furens. Fugitur in dubio est, Sullan' prior an iracundia Sylla sit extincta. Syllæ res gestas describit Val. Max. lib. 6. cap. 9. dist. 6. his verbis: Syllæ virtus catenas Jugurthæ manus iniicit: Mithridatem compe- scuit: Socialis belli fluctus repressit: Cinna dominationem fregit, eumq; qui se in Africa quaestorem fastidierat, illam ipsam prouinciam proscriptum & exulem petere coëgit. Hinc ad bellum Ciuile Julij, & ad mortem Pom- pey anni 30.

Cicero etat. 29. totam Asiam peragrat, & cum sum- mis Oratoribus versatur, Athenis de morte Sylla cognouit.

Quomodo Molon Rhodi redundantem Ciceronis Ora- tionem et superfluentem iuuenili licentia represserit, Vide Cic. in Bruto.

De Apollonio Molone Plutarchus in vita Ciceronis re- fert, eum latina lingua rudem rogasse Ciceronem, ut Gra- cè declamaret, in quo cum ideo illi obtemperasset, quod pu- taret, se ita melius corrigi posse, ceteri omnes admiratio- ne obstupescit certatim de Cicerone, aliusq; alio gloriosius predicabat: Apollonius neq; orante Cicerone læticiam præ se tulit, & cum perorasset, defixus in cogitatione diu se- dit, quod ubi Ciceronem egre ferre sensit, hæc eius vox erupit: Te equidem M. Tulli collaudo & admiror: sed me Græcorum fortuna miseret, cum videam doctrina & elo- quentia laudem, quæ sola nobis reliqua erat, per te ad Ro- manos translata esse.

3895.

D. Iunius Brutus.

Mam. Aimilius Lepidus
Liuianus,

676.

Hoc

Hoc anno M. Tull. Cicero recepit se è Gracia Romam, biennio post, quàm eò profectus erat. Cum autem magna spe erectus, ad Rempub. summo raperetur studio: ardor eius oraculo repressus est. Delphos enim profectus cum Apollinem consulisset: qua via ad summam gloriam aspirare posset: Respondit Daemon: Si suam naturam, non multitudinis opinionem ducem sequeretur. Quare Romam reuersus primò timide vixit, & dubitanter ad honores accessit: nec vlllo in numero est habitus: sed graculus atq; ociosus appellatus fuit. Vbi verò & innata honorum cupiditate ductus, & patris atq; amicorum cohortatione incitatus, se totum patrocinijs tradidit: non iam pedetentim principem locum petijt, sed statim eluxit ceterisq; Oratoribus longè prastitit. Plutarch.

Pompeius adhuc eques, contra Sertorium ad bellum maximum formidolosissimumq; suasu L. Philippi pro Consule missus est. Cumq; essent in Senatu qui dicerent, non oportere mitti hominem priuatum pro Consule: Philippus Consul dixisse fertur: Non se illum sua sententia pro Consule sed pro Consulibus mittere. Cic. pro Manilia. Plut.

3896.
Olymp.
176.

Cn. Octavius Nepos.

C. Scribonius Curio.

677.

Cicero petitionem honorum aggressus est etat. 35. & primo questuram petijt, cum vnum annum iam reuersus ex Asia nobiles egisset causas. Eodem autem anno petierunt Questuram Cicero: Consulatum Cotta: Aedilitatem Hortensius. Brut.

Cicero Q. Roscium Comædum defendit. Non est hic Sex. Roscius: sed Quintus.

Hoc anno in Hispania aduersus Sertoriū acerrima illa praelia & maxima, Sucronense & Duriense commissa sunt.

L. Octa.

3897. | L. Octavius Nepos. | C. Aurelius Cotta. | 678.

Cicero Quaestor in Sicilia fuit : aet. 32.

De quaestura Ciceronis Plutarchus ita scribit : Quaestor creatus & sortitus prouinciam Siciliam, cum in difficultate annonae, atq; inopia rei frumentariae, magnus frumenti numerus Romam esset mittendus, Siculos in itinere offendit, post, ubi diligentiam, iusticiam & comitatem eius experti fuerunt, maiores illi honores, quam ulli unquam praetori tribuerunt.

3898. | L. Licinius Lucullus. | M. Aurelius Cotta. | 679.

Cicero expleto in Sicilia Quaesturae sua anno Romam reuersus, ad forum & causas agendas rediit : aet. 33. Quid ei in itinere acciderit, narrat ipse in Oratione pro Plancio.

L. Lucullus Cos. contra Mithridatem profectus est : eius imperium durauit septennium.

3899. | M. Terentius Varro Lucullus. | C. Calsius Varus. | 680.

BELLVM SERVILE SPARTACINVM, a gladiatoribus duce Spartaco excitatum.

L. Lucullus exercitum Mithridatis ad urbem Cyzicum fame ferroq; deleuit. Cic. pro lege Manilia.

De interfecto Sertorio, vide Sigonium.

Lex Terentia & Cassia lata, qua constitutum erat, ut frumentum in penuria annonae populo emeretur. Cic. 5. & 7. Verrin. Zaf.

P

L. Gel.

3900. | L. Gellius Poplicola, | Cn. Cornelius Lentulus | 681.
Olymp. | | Clodianus.

177.

Lucullus Mithridatem persecutus, Pontum Romanis legionibus patefecit, qui antea populo Romano clausus erat. Cic.

Q. Arrius Prator Crixum fugitiuorum Ducem cum 20. millibus hominum cecidit. Cn. Lentulus Cos. male aduersus Spartacum pugnavit. Ab eodem etiam L. Gellius Cos. & Q. Arrius prator acie victi sunt.

3901. | Cn. Aufidius Orestes. | P. Cornelius Lentulus | 682.
Sura.

Pompeius Magnus iterum triumphauit, vlt. Decemb. postridie Consulatum insturus.

BELLVM SERVILE SPARTACIVM confectum a pratore M. Crasso, cum fuisset extractum in annum tertium.

Appian. Ciuil. Cum acerrimus conflictus esset, Spartacus cecidit, ceteri cadebantur, ut iniri non posset casorum numerus. His rebus intra sex menses gestis, Crassus retinuit exercitum, sicut & Pompeius. Nam Consulatum petebant ambo: hic Pratorius: Pompeius verò nec Pratorius nec Quaestorius, annos natus 34. Quin & designati iam Cos. non dimittebant exercitus. Crassus prior a peruicacia discedens, Collega dextram in Concordia fidem porrexit: atq; ita Cos. missionem amborum exercituum edixerunt, & metu maxima seditionis respublica liberata est anno ab obitu Tiberij Gracchi ferme 60. (rectius 62.) qui ciuilibus contentionibus initium dederat.

Mithri.

Mithridates metu Luculli aduentantis ex Ponto profugit in Armentam ad Tigranem Regem.

3902. Cn. Pompeius Magnus. M. Licinius Crassus. 683.

L V S T R V M L X V I I I. Cens. Cn. Cornelius Lentulus Clodian. L. Gellius Poplicola.

His Consulib. teste Donato, natus est VERGILIUS MARO POETA, 15. Octobris, in pago Andes, non procul à Mantua: post natum Romulum 700. Socratem 400. Julium Casarem 30. Ante natum Horatium 5. Ovidium 27. à morte Ennyj 100.

Verrinae actiones Ciceronis ad hunc annum pertinent, etatis Ciceronis 37.

Cicero anno 4. post reditum è Sicilia, petijt Aedilitatem (etat. 37.) & in certamen venit cum designato Cos. Hortensio, qui Cicerone Verrem accusante desistere coactus est Verris patrocinio, non sine existimationis suae diminutione. Verres convictus in exilium abiit ultro, & tandem à triumviris interfectus est, anno proximo à morte Ciceronis.

Plutarch. in Crasso. Pompeius & Crassus Coss. non diu in ea quam simulauerant benevolentia permansere: sed in omnibus rebus dissidentes ferme desertam esse Rempub. passi sunt: eaq; de causa nihil ab eis in Consulatu memoria dignum gestum est.

Hieronymus in quest. Ebraicis. Vergilius cum quosdam versus Homeri ad verbum transtulisset, dictus est ab emulis Compilator veterum. Quibus ille respondit: Magnarum est virium, Hercule clauam extorquere de manu. Sic & Cicero, qui in arce eloquentiae Romanae stetit, Rex

P 2

Orato-

Oratorum, & latina lingua illustrator, repetundarum ac-
cusatur à Grecis.

3903. Q. Hortensius Nepos, Q. Cæcilius Metellus, qui 684.
postea Creticus appella-
tus est.

Josephus antiq. lib. 14. cap. 1. refert hos Coss. ad an-
num 3. Olymp. 177.

Dionis Cassij Nicæi historia Romana incipit, ex qua
continuari potest Coss. Catalogus per annos fermè 115.
vsq. ad annum V. C. 800.

Tigranes victus à Lucullo. Tigranocerta urbs capta
à Lucullo. Dio.

Hoc anno Cicero Aedilis Curulis fuit, etat. 38.

Capitolium denuò instauratum dedicatur, quod ante
annos 14. conflagauerat.

3904. L. Cæcilius Metellus. Q. Marcius Rex. 685.
Olymp.
178.
BELLVM CRETICVM à Romanis gestum ad-
uersus Cretenses.

Tigranes & Mithridates iterum victi à Lucullo. Ni-
sibis urbs capta.

3905. C. Calpurnius Piso Frugi. M. Acilius Glabrio. 686.

BELLVM PIRATICVM à Pompeio extrema
hyeme apparatus, ineunte Vere susceptum, media astate
confectum. Cicero pro lege Manilia.

Cicero Praturam petijt (etat. 40.) Eam sequenti an-
no gessit.

Lata

Lata lex Calpurnia de ambitu, quam seuerissime scriptam fuisse, Cicero pro Murena ait. Antea lata est V. C. 396. ante annos 290.

Triarius legatus Luculli à Mithridate victus: ceciderunt 150. Centuriones & 24. Tribuni. Appian. Hae est illa calamitas, quam Cicero in Maniliana tantam fuisse ait, ut eam ad aures L. Luculli non ex praelio nuncius, sed ex sermone rumor afferret.

Insula Creta subacta, bellum Creticum finitum est.

L. Roscius Otho Tribunus pleb. legem tulit, ut Equitib. Roman. in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Hunc Cicero pro Murena ait, restituisse equestri ordini non solum dignitatem, sed etiam voluptatem.

Hoc anno Epist. 8. & 9. lib. 1. ad Atticum scriptae sunt.

Extremo huius anni mense, ad diem III. Id. Decemb. C. Manilius Tribunatu inito, post pauculos dies subnixus libertinorum & seruorum manu, legem tulit, ut libertinus in omnibus tribubus suffragium esset. Ascon. Dio.

3906. M. Aemilius Lepidus. L. Volcatius Tullus. 687.

Lucullus Romam reuocatur. Succedit Pompeius, qui nocturno praelio vincit Mithridatem. Dio. Lucullus in Galatia occurrens Pompeio, persuasi ei, ut recederet, quod bellum confectum esse atq; legatos iamdiu expectari diceret: uerum ille Pompeio id non persuasit.

TIGRANES Armenia Rex urbem Artaxata & sese dedit Pompeio, qui ei Syriam ademit, quam hactenus annis 18. tenuerat: regnum tamen Armenia ei resti-

P 3

tuit:

tuit: hoc modo Syria in Romanorum potestatem pervenit,
de quo Cic. pro Sext. Tigranem Pompeius, cum in suis ca-
stris supplicem abiectumq; vidisset, erexit & insigne re-
gium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, & impe-
ratis certis rebus regnare iussit, Vide Flor. Epitom. 100.
Justin. 40. App. Syr. Val. Max. lib. 5. cap. 1. dist. 9.

Cn. Pompeius Regem Armenia Tigranem, qui & per
se magna cum populo Rom. bella gesserat, & infestissimum
urbi nostrae Mithridatem Ponto pulsum, viribus suis pro-
texerat, in conspectu suo diutius iacere supplicem passus
non est: sed benignis verbis recreatum, diadema, quod ab-
iecerat, capiti reponere iussit. Certisq; rebus imperatis,
in pristinum fortuna habitum restituit: aequale pulchrum
esse iudicans & vincere reges & facere.

Cicero Prator fuit etat. 41. à primis Pratoribus 300.
Inijt praturam Cal. Ianuarij.

Cic. Epist. 3. lib. 1. ad Atticum scripsit.

Lex Manilia lata est: Vnde est Oratio Ciceronis pro
lege Manilia. Nam Manilius, ut Pompeij gratiam colli-
geret, legem promulgavit, ut Pompeio bellum Mithri-
daticum, quod Lucullus iam annis septem gesserat, com-
mitteretur. Hunc Manilium scribit Paterculus semper
venalem, alienaq; potentia Ministrum fuisse. Legem au-
tem suavit Cicero prator Oratione amplissima, in qua &
belli magnitudinem difficultatemq; demonstrat, & Pom-
peium magnis laudibus ornat.

3907. L. Aurelius Cotta.

L. Manlius Torqua-
tus.

688.

Lata

Lata est lex Papia à C. Papio Trib. pleb. de peregrinis
urbe pellendis, cuius Cicero meminit Offic. 3. Dio lib. 37.

HORATIVS Poëta nascitur,
8. Decembr.

Horat. Epodon, Od. 3. Tu vina Torquato moue Con-
sule pressa meo. Item lib. 3. Carmin. Od. 21. Onata me-
cum Consule Manlio.

Cicero in Catilinam: Memoria tenetis Cotta & Tor-
quato Coss. complures in Capitolio turres de caelo esse per-
cussas: cum & simulacra Deorum depulsa sunt, & statua
veterum hominum detecta, & legum ara liquefacta sunt.
Tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus,
quem in auratum in Capitolio paruum atq; lactentem ube-
ribus lupinis iuhiantem fuisse meministis. Quo quidem
tempore cum Aruspices ex tota Etruria conuenissent, ca-
des, incendia, & legum interitum, & bellum ciuile ac do-
mesticum, totiusq; urbis ac imperij occasum appropinquare
dixerunt.

Lex Aurelia lata à Cos. Aurelio Cotta, ut tribunis ple-
bis liceret postea alios Magistratus capere. Sylla enim Di-
ctator, memor quid à Tribunis plebis passus esset, edixit,
ne alios magistratus gereret, qui Tribun. plebis fuerat. App.

3908.
Olymp.
179.

L. Iulius Cæsar.

C. Marcius Figulus.

689.

Cicero atatis 43. auctus est filiolo. Tulliam filiam C.
Pisoni despondit.

Prima Epistola Ciceronis lib. 1, ad Atticum scripta.

Cicero Consulatum petit competitore Catilina, qui do-
lore repulsa, quam tum est passus, odisse capit Ciceronem
hominem nouum. Inde extitit Catilinae coniuratio.

M. T. V. L.

Hic est celebris ille Consulatus Ciceronis, quem aetatis anno 44. gessit, & de quo ille passim in suis scriptis multa gloriose commemorat, quae omnia huc referenda sunt.

Catilina coniuratio detecta ac repressa. De Coniuratis sumptum est supplicium in carcere die 5. Decemb. Catilina urbe cedere iussus est. Ob id meritum servatae patriae, Cicero à Senatu pater patriae dictus. Juvenal, Sat. 8. Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit. Et Plin. lib. 7. cap. 30. M. Tullium sic affatur: Salve primus omnium parens patriae appellat. Versus Ciceronis: Cedant arma togae, concedat laurea linguae. Hunc versum Salustius in Oratione sua tanquam invidiosum obijcit Ciceroni, quo gloriatus est, se Catilinariam coniurationem in toga oppressisse. De laudibus Ciceronis Plin. lib. 7. cap. 30. Vide Orationem in Pisonem.

Orationes pro Murena, contra Rullum pro Rabirio, & in Catilinam à Cicerone dictae.

Appianus in Mithridaticis, in principio libri. Mithridate post 42. eius belli annos Romani Bithynos & Cappadocas, aliasq. finitimas gentes suo adiecerunt imperio. quo bello etiam Cilicia reliquam, & Syriam, Phœniciam, Palestinam, Euphratensemq. mediterraneam, nihil ad Mithridatem attinentes, huius victoria impetu subjugarunt, &c. ac multis populis tum primum tributa imperarunt.

Cicero de provinciis Consularibus: Me Consule referente primum decem dierum est supplicatio decreta C. Pompeio, Mithridate interfecto, confectoq. Mithridatico bello.

Cic.

Cic. lib. 4. Acad. quest. L. Lucullus cum Victor à Mi-
thridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia trien-
nio tardius quam debuerat, triumphauit. Nos enim Con-
sules, introduximus penè in urbem currū clarissimi viri.

Cicero pro Flacco. Cn. Pompeius capti Ierosolymis vi-
ctor ex illo fano nihil attigit. Inprimis hoc, ut multa alia,
sapienter, in tam suspiciosa (fortè supersticiosa) & male-
dica ciuitate locum sermoni obrectatorum non reliquit.
Non enim credo religionem & Iudeorum & hostium im-
pedimento prestantissimo Imperatori, sed pudorem fuisse.
Sua cuiq; ciuitati religio Lati est, nostra, nobis, stantibus Ie-
rosolymis pacatisq; Iudeis, tamen istorum religio sacrorum
à splendore huius imperij, grauitate nominis nostri, maio-
rumq; institutis abhorrebat. Nunc verò hoc magis, quod
illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis:
quam cara deis immortalibus esset, docuit, quod est victa,
quod elocata, quod seruata.

Cic. ait Agraria 2 se Remp. accepisse plenam sollicitu-
dinis, plenam timoris, in qua nihil esset mali, nihil aduer-
si, quod non boni metuerent, improbi expectarent.

Decimo octauo die antequam primam Catilinariam
Cicero dixit, factum est S. C. ut viderent Coss. ne quid
Respub. detrimenti caperet, Salust. Plutarch.

Q. Metellus Nepos nouus Tribunus pridie Cal. Ianna-
rij Ciceronem Cos. abeuntem magistratu, concionis haben-
de potestate priuauit. Cuius iniuria Ciceroni tamen ho-
nori summo fuit. Cic. in Piso.

AUGUSTVS CÆSAR

nascitur, 23. Septemb.

Q

D. Iuz

3910. D. Iunius Silanus.

L. Licinius Murena.

691.

Catilina peris oppressus armis à G. Antonio, qui Collega Ciceronis in Consulatu fuerat.

Clodius insidiatus est pudicitia Pompeia uxoris Julij Caesaris, in templo Bona Dea, die 30. Septemb. Cumq; accusaretur in iudicio, Cicero contra illum dixit testimonium. Quare Cicero odium Clodij in se concitavit.

Cicero habuit Orationem pro Sylla. Item pro Archia Poeta.

Lata est lex Junia Licinia, nomen sortita ab huius anni Coss. à quibus lata est. Hanc quoq; P. Clodius in tribunatu suo, ut & alias, una rogatione sustulit: qua quidem rogatione censet Cicero uniuersam Rempub. esse deletam.

3911. M. Pupius Piso Frugi
Calpurnianus.

M. Valerius Messalla
Niger.

692.

LVSTRVM LXIX. Censs. P. Seruilius
Vatia Isauricus. Mam. Aemilius Lepidus Li-
uianus.

Syria à Pompeio Magno victa leges Romanas accepit, & prouinciarum Romanarum numerum auxit. Triumphauit hoc anno ex ea Pompeius die 29. & 30. Septemb. pridie sui natalis. Item ex Asia, Ponto, Armentia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia & Iudeis: Item de Regibus Mithridate & Tigrane. Estq; hic III. triumphus Pompeij, de quo sic Eutropius: Pompeius de bello Piratico & Mithridatico triumphauit. Nulla unquam pompa triumphis similis fuit. Ducti sunt ante currum eius filius Mithridatis, filius Tigranis, Aristobulus Rex Iudeorum (alij addunt

addunt : & filius eius Anrigonus) pralata est ingens pecunia, auri atq; argenti infinitum pondus

Cicer. atat. 46. cum Clodio contendit in Senatu Idib. May.

Cesar lib. 1. belli Gallici. Apud Heluetios longè nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messala, L. Pisone Coss. regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit, & civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copys exirent : perfacile esse totius Gallia imperio potiri.

Hoc anno 2 Cicero, Marci frater, Asiam prouinciam obtinuit : eamq; administrauit triennium. Vide lib. 1. ad Attic. epist. 12.

3912.
Olymp.
180.

L. Afranius Nepos.

Q. Cæcilius Metellus
Celer.

693.

Diodorus Siculus, historica Bibliotheca autor, perlu-
strat Aegyptum, studio antiquitatis cognoscenda.

3913.

C. Iulius Cæsar.

M. Calpurnius Bibulus.

694.

Lex Iulia Agraria lata.

Cæsar hoc Consulatu legem Agrariam diu multumq; repugnante Bibulo Collega : sed suffragantibus ubiq; & per omnia Crasso & Pompeio, pertulit. Itaq; agri à Decemuiris diuisi : addito etiam Campano agro qui trium liberorum & plurium patribus diuideretur.

Bibulus Collega Cæsaris, cum actiones eius magis vellet impedire quam posset, maiori parte anni domi se tenuit :

2 2

uit :

nuit : quo factō dum auerere vult inuidiam Collega, auxilium potentiam. Cicero hanc legem vocat Campanam, lib. 2. ad Attic. Difficiliter autem hac lex perlata est, non tam propter domestici vectigalis detrimentum, quam quorundam inuidiam, qui non tam agrum populo, quam Casari hanc legem potentiam quari agrè ferebant. Suasit autem eam Pompeius Magnus ita obstinate & arroganter, ut cuidam interroganti, an legem probaturus esset, responderit : se non solum probaturum, sed etiam si opus sit, cum parma & gladio accursurum. Quare Cic. ad Attic. amissi vectigalis culpam maximè in Pompeium reijcit, amara irrisione dicens, Pompeium Reipub. vectigal in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse. Vide Velleium lib. 2.

Cesar ante quàm Consulatu abiret, & in prouinciam proficisceretur, ut rebus suis undecunq; prospiceret, haberetq; per quos absens partes suas tueretur, L. Pisonem sibi in Consulatu successurum, ducta in uxorem Calpurnia ipsius filia, socerum sibi deligit. Cn. quoq; Pompeium, prater cetera officia, arctiori sibi affinitatis vinculo deuinciendum ratus, Fuliam filiam, quamuis prius Q. Seruilio Capioni desponsatam, illi nuptui tradit : atq; ex hoc Pompeium deinceps primū sententiam rogare capit, cum antè Crassum soleret. Golz.

Eodem anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit Epistolam illam pulcherrimam, quae est prima lib. 1. ad Q. Fratrem, in qua fratri praescribit omnia prouinciae benè administranda praecepta. Idem Epistolam 4. & sequentes, usq; ad 18. lib. 2. ad Attic. scripsit.

Vatinius hoc anno fuit Tribunus plebis : hunc accusat Cicero in Vatiniāna.

Oratio

Oratio pro Flacco ætat. Ciceronis 48.

T. LIVIVS historiographus
nascitur. *Euseb.*

*P. Clodius hoc anno factus Tribunus plebis, mox cepit
premere & oppugnare Ciceronem. Plut. in Casare.*

*De Casaris Consulatu hoc annotat Sueton. Cum Casar
omnia in Repub. ad arbitrium suum administraret, non-
nulli urbanorum cum quid per iocum testandi gratia si-
gnarent non Casare & Bibulo: sed Julio & Casare Coss.
actum scripsere, bis eundem preponentes nomine atq; co-
gnomine, & vulgò iactati sunt hi versus:*

*Non Bibulo quicquam nuper, sed Casare factum est.
Nam Bibulo fieri Consule nil memini.*

3914. **L. Calpurnius Piso Cæso-** **A Gabinius Nepos.** 695.
nus.

BELLVM GALLICVM TRANS-
ALPINVM à Julio Casare gestum nouennio.

*Libri 7 V L I I Casaris de bello Gallico incipiunt, &
singuli libri singulorum annorum res gestas recitant.*

Exilium Ciceronis ætat, an. 49.

*P. Clodius Tribunus plebis diem Ciceroni dixit, quod
coniuratos Catilina, homines nobiles indemnatos necasset
in carcere, adiuuantibus sceleratis Coss. & conniunte
Pompeio, Cicero nolens se obicere furori tribunitio, vrbe
cessit: Bona eius diripiuntur: domus incenditur. Pedi-
bus iter fecit per Lucaniam versus Siciliam. Plutarch.*

Domi sua habuit Minerua signum, idq; longo tempore religiosissime coluerat. Cum autem ex urbe discessurus esset, hoc signum in Capitolium delatum ibi dedicauit, & subscripsit: MINERVÆ CUSTODI VRBIS. Plut. Dio.

Calend. Junij decreuit Senatus frequens de Ciceronis reditu, dissentiente nullo. Cic. pro Sextio.

Quarto Cal. Nouemb. octo Tribuni plebis de Ciceronis reditu legem promulgarunt.

Franciscus Fabricius existimat Ciceronem urbe cessisse circa finem mensis Martij. Hec ille in vita Cicer. quem librum, ut studiosi diligenter legant propter Ciceronis historiam, vehementer eos hortamur.

Cic. hoc anno scripsit Epist. 2. 5. 6. 7. 8. 9. & c. lib. 3. ad Attic. & Epist. 3. & 4. ad Q. Fratrem.

3915.

P. Cornelius Lentulus
Spinter.

Q. Cæcilius Metellus
Nepos.

696.

Gabinus in Syriam prouinciam venit, inde in Iudæam, ubi pralio vicit Alexandrum regem Iudeorum, Aristobuli filium, peremptis 3000. Iudaorum, & totidem captis. Joseph.

Ptolemaus Aegypti Rex regno pulsus Romam venit, petens reductionem in regnum.

Lentulus Consul initio sui magistratus nihil prius agendum iudicauit, quam de reditu Ciceronis.

CICERO ab exilio redit, ætat. 50.

Lex

Lex de Cicerone reuocando lata est 4. August. quo & Dyrrachio profectus est. Postridie venit Brundisium, ubi Tulliola praesto ipsi fuit die suo natali. Urbem ingressus est 4. Septemb. maximo congratulantium ciuium plausu. Appianus dicit, Ciceronem redysse mense 16. postquam discesserat.

Q. Metellus nepos Cos. qui antea Ciceroni fuerat inimicus absens cum eo redyt in gratiam. Cicero ad eum misit epistolam 4. lib. 5. Fam. in qua studium & auxilium eius implorat. Cicero postridie post reditum suum, qui fuit dies 5. Septembris Senatus gratias egit ea oratione, qua post reditum in Senatu inscripta, extat. Egit etiam populo Romano gratias altera Oratione, qua post reditum ad Quirites inscribitur.

Cicero apud Pontifices dixit Orationem pro domo sua, pridie Calend. Octob.

Epistola 1. lib. 2. ad Q. Fratrem scripta.

Catullus Poeta moritur, aetat. 30. Euseb.

3916.
Olymp.
181.

Cn. Cornelius Lentulus L. Marcius Philippus. 697.
Marcellinus.

Epistola prima libri 1. Famil. hoc anno scripta est a Cicerone una cum sequentibus de reductione Ptolemei Regis Aegypti, P. Lentulo decernenda. Estq. annus aet. Cic. 51. ante N. C. 55.

Oratio Cic. de prouincijs Consularib. dicta. Item de Haruspicum responsis. Item dicta Oratio pro Sextio.

Item: scripta Epistola 2. lib. 2. ad Q. Fratrem.

Item: Epistola 4. 5. 6. 7. 8. lib. 4. ad Atticum.

Gabinus Romam scribit de rebus a se in Palaestina gestis,

stis, cui Senatus die 15. Maij supplicationem denegat, Cic.
ad Q. Fratrem lib. 2. Epist. 5.

Circa haec tempora Aristobulus Iudaorum Rex, cum
Antigono filio Roma profugit, & nouum in Iudaea bellum
concitauit. Verum à Gabinio superatus mittitur Romam
cum filio uinctus. Josephus.

3917. Cn. Pompeius Magnus M. Licinius Crassus II, 698.
Pius II,

Julius pontem in Rheno facit, & in Germanos mouet,
ut ipsis quoque Romani nominis metum iniiciat: primus
item Romanorum in Britanniam traiecit hoc anno. Cas.

BELLVM PARTHICVM à Crasso susceptum,
de quo Appianus, Dio, Plutar. qui etiam recitant execra-
tiones quibus aliqui Crassum urbe Roma exeuntem, prose-
cuti sunt.

Gabinus Syria praefectus Regem Ptolemaum Auletem
in regnum Aegypti reducit iussu Pompeij, neglecta reli-
gione Oraculi Sybillini, cuius meminit Cic. Epist. 1. Fa-
mil. 1.

Huius Ptolemai filius Pompeium post septennium in-
terfici curauit.

Oratio Cic. in Pisonem dicta.

Tres libri de Oratore à Cicerone scripti, aet. 52. à
morte Crassi Oratoris 37. an.

Gabinus Aristobulum Iudaorum Regem, Roma pro-
fugum tumultusq; in Iudaea cientem, comprehensum misit
Pompeio, imperatoq; Iudaeis stipendio in Aegyptum pro-
fectus est. Aristobulus itaq; ligatus iterum missus est
Romam

Romam unà cum Antigono filio, cum regnum & sacerdotium gessisset an. 3. mens. 6.

Hoc anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit Epist. 8. 9. 10. lib. 2. & ad Attic. Epist. 9. 10. 11. & 12. lib. 4.

L V S T R V M L X X. Cens. M. Valerius Messalla Niger. M. Calpurnius Bibulus.

3918. L. Domitius Ahenobarbus. Ap. Claudius Pulcher. 699.

Julia Pompeij coniunx, Julij Caesaris filia, enixa filiolam moritur. Hac morte dissoluta est Julij & Pompeij coniunctio.

Crassus Euphrate transmissio magnam Mesopotamia partem populando peragrat: & dum in Syriam proficiscitur, relictis in Mesopotamia militibus Romanis, Parthis se ad bellum parandi spacium praebeat, ipse in Syria hybernauit, totumq; illud tempus cogendis pecunijs consumpsit, magis exactorem quam Imperatorem agens. A sacris etiam templorum pecunijs non abstinuit.

Gabinus, cui Crassus in Syria successerat, Romam noctu intrauit 28. Septemb.

Oratio Cic. pro Plancio: & pro Scauro habita.

Cic. A. Gabinium defendit.

Epistola 6. 7. 8. 9. 10. lib. 7. Famil. ad Trebatium scripta.

Item Epist. ult. lib. 2. ad Q. Fratrem. In extremis mensibus huius anni Cicero omnes Epistolas lib. 3. ad Fratrem

R

strem

trem: & postremas lib. 4. ad Atticum, & longam ad Len-
tulum scripsit.

Dio scribit hunc esse annum ab V. C. 700: & congruit
numerus ad supputationem Varronis.

3919. Cn. Domitius Calvinus. M. Valerius Messalla. 700.

Crassus templum Jerosolymis spoliat huius anni (in-
euntis) hyeme: decennio post, quam Pompeius templum
ingressus, pecunias illas intactas reliquerat. Eiusdem an-
ni aestate Crassus victus à Parthis cum uniuerso exercitu
perijt, & sacrilegi pœnas luit. Quidam referunt, inquit
Dio, Parthos aurum liquefactum in os Crassi infudisse,
verbis insuper insultantes. Occisus est autem circa 9. Ju-
nij. Ouid. 6. Fast.

Cassius in Syria administratione succedit Crasso.

Cicero fit Augur occiso à Parthis Crasso: cooptatus in
id Collegium à Pompeio & Hortensio, atat. 54.

Roma ita tumultuatum est & iudicijs & comitijs per
largitiones corruptis, ut septimo tandem mense anni crea-
ti sint Coss.

Sex prima Epistola lib. 2. Famil. scripta. Item 11. &
sequentes lib. 7. Famil.

3920. Cn. Pompeius Magnus Q. Cæcilius Metellus 701.
Olymp. Pius III. Primus sine
182. Collega: & postea Pius Scipio.

Milo interfecit Clodium 20. Januarij.

Oratio pro Milone habita: atat. Cic. 55. De Oratio-
ne Ciceronis pro Milone, de presidijs armatis, de metu Ci-
ceronis:

*ceronis : de breui eius Oratione : deq̄ altera illa quæ extat :
& de Milonis sermone apud Massilienses exulantis, Vide
Dionem.*

3921. Ser. Sulpitius Rufus, M. Claudius Marcellus, 702.

*Cicero Procos. (ætas. 56.) venit in prouinciam Cili-
ciam pridie Cal. Sextil. Imperator appellatus apud Jf-
sum.*

*Bibulus Procos. in Syriam venit : Parthi Syria eijciun-
tur à Cassio. Hic finis fuit belli Parthici.*

Cicero scripsit lib. de legibus.

3922. L. Aimilius Paulus, C. Claudius Marcellus, 703.

*Cicero ex prouincia decedit 30. Julij. Athenas venit
14. Octob.*

*Huc pertinent Epistole Ciceronis lib. 16. Famil. ad
Tironem Libertum, qui è Cilicia in Italiam reuertens
agrotare capit in itinere.*

*Hortensius Orator & amicus Ciceronis moritur ætat.
64 : cum egisset causas in foro annis 44. Cicero è prouin-
cia Cilicia decedens Rhodi cognouit de morte Hortensij.
Cic. Bruo.*

*Cæsar nouem illis annis in Gallia, trecentos, seu ut alij
quadringentos popp. subegit : Oppida octoginta per vim
cepit, prælio tricies dimicauit : Galliam totam Romanis
subiectam in prouincia formam redegit. Roma in Senatu
de Pompeij et Cæsaris imperio sententijs diu variatum est,
Curione potissimum pro Cæsare strenuè decertante, & cen-
sente utriq̄ imperium esse abrogandum. Tandem maior
Senatorum pars discessit indignante C. Marcello Cos. &*

R 2

excla-

exclamante: *Vincite tandem, ut Dominum habeatis Cæsarem.* Golz.

LVSTRVM LXXI. Cens. Ap. Claudius Pulcher. L. Calpurnius Piso Cæsoninus.

3923. C. Claudius Marcellus. L. Cornelius Lentulus Crus. 704.

BELLVM CIVILE IVLII CÆSARIS ET POMPEII.

Liber primus Iulij Cæsaris de bello Ciuili incipit: in quo ipse Cæsar huius anni res exponit.

Die 7. Ianuar. per scriptum est Senatusconsultum: Darent operam Coss. ne quid Respub. detrimenti caperet: quo armati sunt Coss. & Pompeius aduersus Iulium. Fuit hoc classicum belli Ciuilis. De hoc bello vide Appianum & Lucanum. Senatusconsultum autem tale fieri non solebat, nisi in maximis Respub. periculis, summa id extorquente necessitate.

Consules & Optimates una cum Pompeio Roma profugiunt.

Cicero 7. Iulius Iunij ad Pompeium in Graciam profiscens, nauim conscendit. Aduentus eius, ut Plutarchus scribit, ceteris gratus fuit: Cato autem illum conspicatus, multis verbis reprehendit, quod Pompeium secutus esset. Nam se non potuisse honestè eam sectam deserere, quam ab initio in Respub. delegisset. Illum qui magis prodesse patriæ & amicis potuisset, si in Italia mansisset, & aequaliter se ad euentum comparasset, nulla ratione, & absq. necessitate hostem Cæsari factum esse, atq. in tanti periculi societatem

tatem venisse. Cum hac verba Ciceronis animum flexerunt, tum quod nulla magna in re Pompeius illius opera utebatur, in causa erat ipse non negans se facti sui pœnitere.

Aristobulus Iudeorum Rex à Julio dimissus in Iudæam ad oppugnandum Pompeium, veneno necatur. Filius eius Alexander à Pompeianis securi percutitur.

Prima Dictatura Julij Caesaris quam gessit diebus 11.

Hinc ad Monarchiam Augusti & bellorum Ciuiliū finem anni 20.

Caesar spacio 60. dierum vniuersa Italia citra sanguinem potitus, Romam ante Cal. April. peruenit: pacatiorēq; quā putarat, inueniens, Senatum Cal. April. extra Pompeium ab Antonio & Cassio coactum, oratione benigna allocutus est. Populum quoq; ipsum, qui frequentissimus extra urbem confluerat, metu Syllanorum temporum ferè exanimem, non absimili oratione confirmat: multaq; prius de se pollicitus, deinceps bene sperare iubet, filijs etiam eorum, qui à Sylla proscripti fuerant, ad honores & magistratus admissis.

Caesar cum clauibus non inuentis (quod has Coss secum abstulerant) securibus ararium perfringi iussit, Metello pertinacius resistenti, mortem, ni desisteret, comminatus, ararioq; recluso, etiam sanctiores thesauros, in illum vsq; diem intactos, quiq; per Gallicos tumultus in extremam necessitatem, etiam cum execratione eius, quicumq; eos nisi solius belli Gallici causa mouisset, depositi erant, abstulit.

Cicero in Antonium. Proximo bello si aliquid de summa grauitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar dimisisset:

dimisisset: & pacem stabilem & aliquam Rempub. nobis habere licuisset.

Lucanus de causis belli Ciuilis lib. 1.

Nec quemquam iam ferre potest Cæsarue Priorem, Pompeiusue parem.

Cicero Romam redijt postridie sui natalis: die 4. Januarij, quo tum incoabat atq. annum 58. Ei sic est proditum obuiam, vt nihil fieri potuerit honoratius (Epist. 10. Famil. 16.) ubi addit, se incidisse in ipsam flammam ciuilis discordiæ inter Julium & Pompeium, cui Cicero miscere se noluit, frustra interim tentatis inter eos pacis & concordie conditionibus.

3924.
Olymp.
183.

C. Iulius Cæsar II.

P. Seruilius Vatia Isauricus.

705.

PVGNA PHARSALICA. Pompeius victus est à Julio Casare ad Pharsalum, circa 20. Julij, & Julius Cæsar cum annua Dictatura Tribunitiam potestatem in perpetuum accepit.

Pompeius interfectus pridie quàm compleret annum at. 58: die 30. Sept. alij postridie. Cuius caput amputatum cum postea Casari Alexandria offerretur: & ingemuisse ille cum lachrymis: & illud sepelisse honorifice in suburbio dicitur, percussoribus non tantum non laudatis: sed etiam è medio sublatis, & in eo loco fano Nemesis erecto.

Inter praliandum Pompeius subinde inclamasse dicitur, incertum siue ad suos, siue ad Casarem: PARCE CIVIBVS: Cæsar verò ex alia parte: MILES. FACIEM FERI: Quod Pompeianum militem, utpote tyrannem

ronem adhuc, & per atatem rei bellica insuetum, formaq;
& venustatis conseruanda, quam decoris militaris studio
sorem, huiusmodi plagas propter cicatricum deformita-
tem maxime vitaturum, imò ne expectaturum quidem
sibi persuadebat: cum aliàs non tam oculos et os, quam cru-
ra & brachia ferire Romanis moris esset. Alij utranque
hanc vocem Casari tribuunt.

Allato nuncio Romam de pugna Pharsalica, Pompeij
& Sylla imagines, quæ pro rostris stabant, disiectæ sunt.
Postea ubi allato Pompeij annulo, etiam cædis Pompeiana
fama confirmata est, statim Pompeio conuicijs palam ab
vniuersis exagitato, quicquid honorum excogitari pote-
rat, certatim tam à primoribus, quam à populo in Casarem
collatum est.

Cum Pompeius ad Pharsaliam à Casare victus est,
Cicero in acie non fuit, sed remansit in castris.

Victo Pompeio, Cato, qui copias magnas, classemq;
magnam Dyrrachij habebat, ad M. Tullium, qui & lege,
& dignitate Consulari præstaret, imperium deferebat.
Quod cum ille recusaret, militiamq; subterfugeret, pro-
pius factum est nihil, quam ut occideretur, cum & Pom-
peius filius, & amici eum proditorem appellarent, gladiosq;
stringerent: Sed Cato resistens, vix illum cædi eripuit, &
ex castris remouit atq; ablegauit. Plutarchus in Cice-
rone.

QVARTA ET VLTIMA MONARCHIA ROMANA.

Iulius Cæsar (at. 52.) primus Monarcha & Im-
perator Romanus, imperauit an. 3. mens. 6.

Bellum

Bellum Alexandrinum circa huius anni finem gestum à Julio. Hirtius.

3925. Q. Rufius Calenus. P. Vatinius Nepos. 706.

Julius Caesar secundam Dictaturam gessit: sed anno superiori ei decretam.

Pharnaces Ponti Rex, victus à Julio, quarta postquam in conspectum venissent, hora: quare de hoc scripsit: Veni, Vidi, Vici; qui fuit etiam triumphi titulus. Ferunt item Casarem, profligato statim Pharnace, exclamasse: O te beatum, Pompei, qui cum talibus bello Mithridatico decertans, MAGNI cognomen accepisti.

3926. C. Iulus Cæsar III. M. Aemilius Lepidus. 707.
Iulius Dictator III.

Bellum Africanum Julij Cesaris, aduersus P. Scipionem, Catonem, & Regem Juba: de quo Hirtius.

Cato (ætat. 49.) & Scipio sibi manus inferunt.

Rex Juba interfectus.

Cæsar cum nauigans in Africam, Adrumetum applicuisset: & è naui in terram descendens, pedem inpingens in littore procidisset: reliquis exterritis, nihil turbatus: verso in melius omine, terramq; vlnis complexus: Teneo te, inquit, terra Africa.

Quatuor triumphi Cesaris: 1. de Gallis & Germanis: in quo ductus est Vercingetorix. 2. Alexandrinus ex Aegypto: in quo Arsinoë, Cleopatra soror inter captiuas ducta. 3. Ponticus de Pharnace. 4. Africanus de Juba Rege.

Annus

Annus emendatur à Julio. Fuitq; hic annus mensium ferè 15. aut dierum 445. circiter.

Brutus, id est, liber de claris Oratoribus à Cicerone (ætat. 61.) scriptus: & anno sequenti editus. Item liber dictus Orator ad Brutum.

Oratio pro M. Marcello, à Cicerone dicta: cum Julius Marcellum recepisset in gratiam.

3927

C. Julius Cæsar IIII.
sine Collega.

Dictator IIII.

Dictatura honore contentus abdicavit.

Q. Fab. Maximus:

C. Trebonius Asper

Coss. suffecti: atq; hoc anno primum HONORARI

Coss. creati cepti sunt: anno à primis Coss. 464.

708.

Hoc anno Hispania recepta, ob omnia bella Ciuilia confecta, & singularem in ciues clementiam, Julius Cæsar Liberator, Parens patriæ, & Dictator perpetuus appellatus est: primusq; IMPERATORIS prænomen accepit.

Annus primus Iulianus correctus.

3928.
Olymp.
184.

C. Julius Cæsar V.

M. Antonius Nepos.

709.

Idibus Martijs C. Julius Cæsar à Bruto & Cassio eorumq; conturatis in Curia occisus est.

In eius locum Consul factus est:

P. Cornelius Dolabella.

Manutius 54. 56.

S

C. Vibius

3929.

C. Vibius Pansa in Mag.
occisus est. In eius locum
suffectus est:

C. IULIVS CÆ-
SAR OCTAVIA-
NVS, qui postea Impe-
rator Cæsar Augu-
stus appellatus est. Ab-
dic. In eius locum factus est,

C. Albius Carrinas.

A. Hirtius Nepos, in
prælio occisus est. In eius
locum suffectus est,

Q. Pedius Nepos, in
Mag. mortuus est. In
eius locum factus est,

P. Ventidius Bassus,
idem qui Prator erat.

7100

BELLVM CIVILE MV- TINENSE.

Eodem anno ex A. D. V. Calen. Decemb. ad prid
Cal. Januar. Sextas, Triumviri Republica constituenda
Rempublicam tenuerunt.

AVGVSTI CÆSARIS IMPERIVM.

Augustus Cæsar Romæ imperavit à primo Consulatu
suo an. 56.

Cicero hoc anno habuit quintam Orationem Philippi-
cam, & novem reliquas.

Cicero sub finem huius anni interfectus est à Popillio
Tribuno militum, quem parricidij reum olim defenderat:
Ætatis 64. 7. Decemb. à Consulatu 20. Caput eius pro
rostris positum, una cum dextra, publicum spectaculum
omnibus præbuit. Antonius percussori Ciceronis pro allato
capite dedit 25. millia Coronatorum. Golzius.

Mors Davidis & Ciceronis distant annis 1000. Con-
sidera novissima verba utriusq; : videbis ibi lucem: hi.
tenebras, &c.

FINIS.

EPICEDIA,
IN OBITVM
REV. CLARISS. ET DOCTISS.
VIRI DN. ABRAHAMI BVCHOLCERI,
*Theologi orthodoxi & Chronographi, atq; Histo-
rici celeberrimi, qui post exantlatos labores im-
mensos studij Chronologici, Freistadij Silesiorum,
placidissime ex hac ærumnosa vita in cœlestem pa-
triam emigravit, Anno Christi 1584. die 14. Ju-
nij stylo nouo, 4. veteri, Aetatis an. 54. Mense 8.
Die 7. cum Ecclesie DEI operam suam docendo
prestisset annos totos 29, Grunbergæ 7. in pulue-
re scholastico: Annos reliquos in cathedra publica
Ecclesie, Sprottæ 11. Crosnæ 1. Freistadij 10. Na-
tus in pago Schönauu prope Dahmam, An-
no Christi 1529. die 28. Septembris,
in vigilia castorum Ange-
lorum.*

RECEDIA
IN OBITVM

REVERENDISSIMO PATRI
D. JOHANNI BAPTISTAE
THEOLOGICO DOCTORI
ET CANTUARIENSIS
UNIVERSITATIS
PROFESSORI
ET
CANTUARIENSIS
SCHOLAE
PRAEPOSITO
D. JOHANNI BAPTISTAE
THEOLOGICO DOCTORI
ET CANTUARIENSIS
UNIVERSITATIS
PROFESSORI
ET
CANTUARIENSIS
SCHOLAE
PRAEPOSITO
D. JOHANNI BAPTISTAE
THEOLOGICO DOCTORI
ET CANTUARIENSIS
UNIVERSITATIS
PROFESSORI
ET
CANTUARIENSIS
SCHOLAE
PRAEPOSITO



CLARISSIMI ET
DOCTISSIMI VIRI D. ABRA-
HAMI BVCHOLCERI memoriae S.



*Empora dinumerans, indefessq; labore
Orbes retexens temporum:
Perplexaeuoluens, & clara in luce reponens
Densis tenebris obsita,
Heu, cursu in medio nos BVCHOLCERE relictos
Sursum profectus deseris:
Scilicet hic sola gaudens caetigine mundus
Indignus hac fuit face.
At te parte Operis liceat plus dicere laudis
Iustaeq; adeptum gloriae,
Quam nimum multos operis quos falsa peracti
Imago inanis decipit.*

Theodorus Beza Vezelius, Ecclesiae
Geneuensis Doctor, posuit.

EPICEDIVM VIRO REV. ET
CL. DN. ABRAHAMO BVCHOLCERO
Theologo & Chronologo praestantissimo,
scriptum à

Johanne Weidnero Med. D.

*Qui numeros, qui secla fuit dimensus & annos;
Quiq; sacrum verbo pavit ouile DEI;
Hac BVCHOLCERVS post fata quiescit arena;
Nec timet impendens ex aquilone malum.
Hic puer ingenium nactus coeleste, dicavit
Ingenium Musis, cor animumq; DEO.*

S 3

Iudi

Iudicium rexit dexterrimus arte **MELANCHTHON;**
 Sed mores flexit Flaminis aura sacri.
Ergò vbi doctrina compleuerat vberè pectus:
 Quattuor & linguis lingua diserta foret:
In lucro posuit teneræ dare iura iuuentæ,
 Hic vbi Grunbergæ moenia parua iacent.
Hinc accersitus Sprotam præconia fausta
 De meritis cæpit **CHRISTE** sonare tuis.
Parua figura viro, sed vox pro corpore maior,
 Suavis, acuta, grauis, numine plena fuit.
Instar Luscinia, quam non æquare volucrum
 Mille genus cantu vocis & arte queat.
In vultu Charites, in labris Suada sedebat:
 Materiam Phoebus, verba Minerua dabat.
Obstupere senes ad non audita magistri
 Dicta: gemunt: lacrimis grandibus ora rigant.
Excipiunt alij velocibus aurea pennis
 Dogmata, quæ tanquam mystica sacra præmunt,
Nympha potens viadri ripas habitabat amœnas:
 Quâ stat vitiferis subdita Crosna iugis.
Hæc incensa viri donis & munere fandi,
 Sorte frui vatem splendidiorè iubet.
Sed breue tempus erat, cum mors rapit inuida **Nympham**
 Illustrem meritis, stirpe, pudore, fide.
Ergò Freistadium fatis accitus ad urbem,
 Absoluit vitæ fila suprema suæ,
Quantus vir fuerit, qui non, dum vita manebat,
 Audiit, ille legens scripta relicta, sciet.
Fortunate senex, tibi nunc securæ malorum
 Contigit & finem non habitura quies.
Nobis fata flagrans Boreas horrenda minatur:
 Imminet à cunctis & noua plaga plagis,

Tu

Tu grauihus curis, morbis ac morte solutus,
Incola iam stabili viuis in arce DEI.
O salue decus Elysiæ telluris ABRAHE:
O pater: ô patriæ currus equesq; vale.

*In paruum magni ABRAHAMI BVCHOL-
CERI tumulum.*

Paruus hic an magnus fuerit, si quæris, ABRAMVS,
Cuius in hoc tumulo membra pusilla cubant;
Aduerte: Exiguum fuit hoc in corpore robur,
Ingentes vegetæ sed rationis opes.
Iudicium graue: doctrinæ vis magna: docendi
Dexter in arguta simplicitate modus:
Mira styli, & lepidæ linguæ dulcedo: facultas
In consolando mellea, grata, potens:
Rara animi pietas, vitæ quæ præfuit actis
Virtutumq; illi contulit omne decus.
Hæc benè si videas, præfenti dixeris vrnæ,
Non magnum magni corpus inesse viri.

Johannes Mencilius D.

ELEGIA
IN OBITVM D. ABRA-
HAMI BVCHOLCERI.

Si probitas, artes, candor, sanctiq; labores
Pacis & antiquæ religionis amor:
Flectere fatales potuissent voce sorores,
Pallide qua triplici fila suprema trahunt:

Non

NON BVCHOLCERVS consumptus morte iaceret,
 Sed sibi commissum pasceret ore gregem:
 Annorum seriem pertexeret ordine mundi,
 Historiaſq; bona scriberet ipse fide,
 Non placuit Superis: Mors inuida sustulit illum
 Qui multis calamo profuit, ore, manu.
 Corpus enim grauibus confectum debite morbis
 Concidit: ingenij sed monumenta manent.
FAGVS in Elysjs cecidit clarissima siluis,
 Parua quidem, folijs sed generosa suis.
 Quid querar? in toto nihil est durabile mundo,
 Mors perimit valida cuncta creata manu.
 Nascimur in LVCTV, terimusq; LABORIBVS auum,
 Nostraq; cum multo vita DOLORE perit.
 Sic fugimus misera fugientis temporis umbra,
 Sic tenui mixtus puluere ventus abit.
 Huius at excellens pietas, doctrina fidesq;
 Durat in aternos non moritura dies.
 Magna viri pietas fuit & prudentia magna,
 Ingenium prestans, ars quoq; magna fuit.
 Hoc pia testantur siluarum Numina, quaeq;
 Dulce canunt tenui gutture carmen aues.
 Danubius quoq; testis erit, Sprea, Rhenus & Albis,
 Et Rhodanus, Viadrus, Vistula, Sala, Nicer.
 Verus erat pastor nec erat turbator ouilis
 Namq; DEI pavit, non iugulauit oues.
ACHRISTI, dixit, se nomine nomen habere,
 Nam nulli secta deditus ille fuit:
 Attamen agnouit, doctumq; piūq; vocauit
 Te praeceptorem magne PHILIPPE suum.
 Nec tulit in magnum conuicia sparsa LVTHERV M
 A fatuis, qui nil dexteritatis habent.

A ver-

A verbis Domini nunquam sermone recessit,
Nescit enim verax fallere voce DEVS.
Incertas hominum glossas nec mente probavit,
His quoniam non est semper habenda fides.
Disperat quicumq; DEI non pendet ab ore,
Falsa sed humana somnia mentis amat,
Mira quod in verbis fuit & sapientia scriptis
Hoc habuit genij de bonitate sui.
Fallor? an ex numeris quos Biblia sacra recondunt
Ingenio vidit multa futura suo?
Non timidus, sed pacis erat studiosus, ouile
Maxime CHRISTE volens adificare tuum.
Horrebat lites & amara praelia lingua,
Nec calami turbas asperitate dabat:
Sed pia mansuetis proponens dogmata verbis,
Officium fecit sedulitate suum.
Arguit errores, personis voce pepercit,
Sparsit & in nullum crimina falsa virum,
Ad veram docuit quae spectat aere salutem,
Miscuit & verbis non aliena suis.
Sermonem pietas, non bilis amara regebat,
Namq; furor doctos non decet iste viros.
Vox mansueta sonat pacem, mouet aspera litem,
Hac est grata malis, sed placet illa bonis.
Impedit ira animum ne cernat amabile verum,
Quis negat iratum, mente carere, caput?
Ille susurrone mendacia vana loquenti,
Non habuit stulta credulitate fidem.
Noluit ade sacra priuatas dicere causas,
Stentorea ut medio rabula voce foro.
Turpia diuino taxauit crimina verbo,
Sanauit miser as, non lacerauit oues.

I Officij

Officij ratione sui fuit omnibus equus,
 Privati nunquam vindicus arma tulit.
 Et veluti pastor teneras ad ouile reducit
 Errantes, stipula dum benè cantat, oues :
 Sic etiam placidas pecudes errore vagantes,
 Ad sacrum studuit ducere voce gregem.
 Non ouibus fuit ille p̄ys clamore molestus,
 Nec dedit illicito vulnera caca pedo.
 Qui mauult lacerare gregem, quàm pascere CHRISTI,
 Non se pastorem sed probat esse canem.
 Et qui spinosis mordere & pungere verbis
 Gaudet, sæpè suo laesus ab ense fuit.
 Fistula pastores, pia, docta, modesta, fideles
 Christicolas recreans, non tuba saua decet.
 Nam pia mansuetas delectat fistula mentes,
 Lata canens ouibus carmina, grata DEO.
 Sed tuba lite tonans, mordaci fulgurat ira,
 Et sonitu pauidas ledere gaudet oues.
 Non bonus est pastor, sed miles ad arma paratus,
 Cui placet iratae vox inimica tube.
 Quo feror ï hîc instas abruptam voce querelas
 Et BVCHOLCERI nomina laude feram.
 Ipse CHRISTE tuo semper seruitiit ouili,
 Doctrina, precibus, moribus atq; fide.
 Corde suo vanos non esuriebat honores,
 Damnosas etiam non sitiebat opes.
 Pauperiem modico contentus semper amauit
 Ingenio magnas diuite vicit opes.
 Ipse placere DEO studuit doctisq; bonisq;
 Ergò displicuit, non sine laude, malis.
 Sustinuitq; graues infirmo corpore morbos,
 Et tulit ingenij grande laboris onus.

Quos

Quog³ magis sensit queruli tormenta doloris,
 Hoc magis auxilium sensit adesse DEI.
 Sape etenim gelida veluti de morte reuixit,
 Corde pius fundens non dubitante preces.
 Non minuit morbus vera pietatis amorem,
 Imminuit morbos sed pietatis amor.
 Nam velut accensa mota face crescere flamma
 Atq³ mori, nullo concutiente, solent:
 Sic & tranquilla pietas vix splendet in aura,
 Clarius at dura sub cruce lumen habet.
 Ergo pijs precibus sanctisq³ laboribus aeger,
 Transegit vitæ tempora dura sua.
 Deniq³ postrema placidè obdormiuit in hora,
 Se iustum credens sanguine CHRISTE tuo.
 At quamuis vitam sanctè & sine labe peregit
 Officij faciens munera iusta sui:
 Hos tamen osores habuit, qui grandia spirant,
 Et sibi clamosa garrulitate placent,
 Scilicet hi vana miserunt spicula lingua,
 In caput innocui, nocte fauente, viri.
 Sed pietas telum fuit & patientia scutum,
 His benè munitus, verba molesta tulit.
 Conscia mens recti, mendacia vana malorum
 Spernit, & est iusto vindice tuta DEO.
 Quid non indomita rabies temeraria lingua
 Fingit, & in doctos euomit ore viros?
 Est procul à sanctis speciosa calumnia Musis
 Hac fatui laudem querere nempè solent.
 Qui cantus Philomela tuos Fagiq³ labores
 Improbat, Arcadicum se probat esse pecus.
 Si nemo melior, nemo te doctior esset,
 Ipse fores magni Zoile caussa mali.

Quantus ABRAMVS erat multa & virtutibus arte
 Crede mihi, nullo tempore tantus eris.
 Ille fuit doctus, prudens, pius atq; modestus,
 Tu mordax, pugnax, ferreus ore loquax.
 Tu maculare studens insulso carmine Fagum,
 Fagineo merito fuste dolandus eras.
 Solus, magnanimum te fingis voce leonem
 Sed vagus es, cum res postulat, ore lepus.
 Tu culices colans deglutis ore Camelos,
 Cornibus & fœnum voce probante geris.
 Ipse ego te picam posthac Mamerce vocabo,
 Cuius te similem moribus esse probas.
 Cum sis pica loquax cupis esse Caystrius ales,
 Prodit at ingenium lingua proterua tuum.
 Quid strepitis stolidæ nemorum conuicia pica
 Non alijs, vobis vox sed acerbæ nocet.
 Ast ego quas tenui dicam tibi carmine grates,
 Pro multis meritis doctæ ABRAHAME tuis?
 Tu mihi monstrasti Parnasi ad culmina montis,
 Thallorea certam primus in vrbe viam.
 Et tua quæ doctas mens est complexa sorores,
 Seruiuit studijs officiosa meis,
 O quoties mihi grata quies sub tegmine Fagi
 Contigit ad ripas Bobera lente tuas.
 Et tua sæpè mihi, grata quod mente recordor,
 Munera amicitia dextera chara dedit.
 Pro quibus has reddo lacrimas in verba cadentes,
 Quæ testes nostri semper amoris erunt.
 Spiritus ante meus tenues migrabit in auras,
 Quàm possim meriti non memor esse tui.
 Nunc tibi parata quies tandem post mille dolores,
 Nunc cessant morbi difficiliq; labor.

Jncola

*Incola nunc cæli es, metuens nec tela nec hostes
 Quem DEVS ipse tegit laedere nemo potest.
 Te lugent silua, lacrimis te arbusta requirunt
 Et nemus omne dolens, sacra ubi Fagus ait.
 Te Rhodanus, Rhenus, Viadrus, Nicer, Albis & Ister,
 Sueuis, & assiduâ Vistula deflet aquis.
 En cape supremum dilecti munus amici,
 Inq; sinu summi patris amice vale:
 Donec in excelsis rursus iungemur Olympo,
 Cantantes iusto carmina grata DEO.
 At tu quisquis eris qui transis fortè viator
 Hæc tumulo qua sunt addita verba lege:
 Hoc BVCholzeri requiescunt ossa sepVLcro
 Mensq; Ve tenet vasti regna beata poli.
 CHRISTE tuum defende gregem, defende ministros,
 Qui tua sincera dogmata mente colunt.
 Et tibi quando placet, misera de valle doloris
 In regnum transfer nos tua membra tuum.*

Iohannes Francus Hilde-
 sius Med. D. scr.

*De operis Chronologicis Domini Abra-
 hami Bucholceri.*

Omnia dum spectant mundi mutata ruinam:
 Et cælo flammas spargit vterq; polus:
 Dum nihil inuentus nuper nouus occulit orbis:
 Cunctaq; vesano regna furore cadunt:
 Omnis diffudit sese Sapiencia rerum:
 Ingenium nec, quo progrediatur, habet.
 Non fuerat: numeros ab origine ducere mundi,
 Quiq; annos posset claudere fine suo.

T 3

Aggres-

Aggressus magnum non magnus, ABRAHE, laborem,
Felici felix ordine claudis opus.
Præteritum numeras tempus, monstrasq; futurum;
Conueniunt numeris secula certa suis.
Hæc tibi cœlestis pandit mysteria Flatus;
Et fecit vatem pagina sacra sacrum.
Ergo tui numeri post, BVCHOLCERE, ferentur;
Dum mundi in cineres machina tota ruat.

*Laurentius Ludovicus
Leobergensis.*

Anno Christi M. D. XXCI V. Mense Iunio,
Die XIV. paulò post H. 2. pomeridianam, obiit Frei-
stadij vir optimus, Theologus clariss. & Chronographus
præstantiss. Dn. ABRAHAMVS BVCHOLCERVVS:
cui sequentibus versiculis 24. Iulij anni
eiusdem parentauit,

SEBAST. HOFFMAN IN HENNERSDORF.

*T*Enè etiam nobis fera mors inuidit, & ante
BVCHOLCERE diem sopijt atra quies,
Illaq; diuini interpres fidißima lingua
Eloquij, rigido victa sopore tacet,
Et sancti mores, manus officiosa, politum
Fugentium, tumulo condita cuncta manent?
Paruus eras, magnas sed paruo in corpore dotes
Calabas, animi nuncia signa tui,
Quas tamen in sacris patefecit Concio templis,
Et de Temporibus quod tibi creuit opus:
Cuius prima licet fuerit pars edita tantum
Ante tuum strueret quam Libitina rogam.

Plena

Plena tamen solida laudis tibi premia confere
Nam totum corpus quod fiet, inde patet.
At tales operas interdum corrui, ei quid
Viueret te potius vel perisse feram?
Fama equidem vera Pietatis obambulat orbem
Et studio nescit gloria parta mori:
Ergo nec incassum titulis onerabimus urnam
Quis auro obductis Ipse superstes eris.
Sed grati, in scriptis monumenta relicta colimus,
Que genium certe sunt habitura tuum.
Interea IOVÆ requiescito letus in vlnis,
Dum tibi coniungat nos quoque summa dies.

Manibus beatissimis viri incomparabilis Dn.
ABRAHAMI BVCHOLCERI Theologi
& Chronologi excellentissimi.

CHRISTE tuus iacet hic seruus, cui nomen auctorum est
A fagineis inditum.
Magna fides ABRAHÆ fuit illi in pectore magno,
Magnisque cum virtutibus.
Magnum iudicium; mens magna; industria magna:
In paruulo corpusculo.
Scripta fidem faciunt animata & numine plena:
Volumen ingens aureum.
Tempora quod numerat tacito labentia cursu,
Mira vicissitudine.
Perlege cum fructu hoc quicumque volumina sacra
Vis scire lector optime.
Vnum hoc pro multis erit instar Bibliothecæ
Velutque cornucopiæ.

At tu

At tu luce sacra hinc abiens fruere ætheris alti
Sinu quiescens Abrahæ.
Pro studijs istis, indefessoq; labore
Quem præstitisti Ecclesiæ.
Reddita digna tibi est merces in luce beata,
Inter beatos cœlites.
Plaude choros inter cœlestum ABRAHAME, Deoq;
Iam sacra pange carmina.

In gratiam Godefridi & Abrahami F. hæredum & liberorum
præcipue vero defuncti Bucholceri honorem : rogatu Bal-
dassaris Calmanni Ludirectoris Silesij viri doctiss.

M. Christophorus Winerus F.

Q V E R E L A

In immaturum obitum Abrahami Bucholceri
Chronologi & Theologi celeberrimi.

*Plange, doloris habes iustas ECCLESIA causas
Nam cecidit capitis pulchra corona tui.*

*Plange, doloris habes iustas ACADEMIA causas
Artis enim occubuit Bibliotheca tua.*

*Plange, doloris habes iustas RESPUBLICA causas,
Namq; tuum perijt publicum in orbe bonum.*

*Plange, doloris habes iustas GERMANIA causas,
Nam Germani obiit luxq; decusq; soli.*

*Vosq; Scholæ, ac sacris passim loca dedita Musis,
Signa grauis luctus edite, flete, precor.*

*BUCHOLCERVS enim immaturo ab concidit ævo,
Et Chronici abruptis stamina cepta sui.*

*Sic stabile in mundo nihil est, summisq; negatum
Stare diu, & sera posteritate frui.*

Semper

*Semper ABRAME tamen constans tua fama manebis,
Inq̄, Deum pietas, historiaq̄ labor.*

E P I C E D I V M in obitum eiusdem.

*Siccine ABRAME iaces pars pectoris altera nostri,
Siccine in obscura contumularis humo?*

*Viximus inter nos quasi fratres alter & alter
Alternis animis, artibus, arte, fide.*

*De fidei articulis secti discordibus huius
Contulimus, nunquam lis tamen orta fuit.*

*Tu defendebas partes & verba PHILIPPI,
Dura ego defendi iura, LV THERE, tua.*

*Multa super sacra mihi tecum quaestio caena,
Multa super sacri gurgitis amne fuit.*

*Cordis & alterius licet haud sit conscius ullus,
Index sermo tamen pectoris esse solet.*

*Et fateor SANCTO te consensisse LV THERO,
Hecq̄ tua in summo luxit agone fides.*

*Dispereant igitur, qui te post funera rodunt,
Suspectumq̄, alys reddere fraude student.*

*Manibus at Nemesis neq̄, parcit inanibus urnis,
Vmbraq̄, praestantum est res odiosa virum.*

*His erit in caelo bene grata ac debita merces
Laudis honorifica copia & ampla salus.*

*Tempus eritq̄ breui, quo consuetudo vicissim
Mutua, nos superi iunget in arce poli.*

*Illic magnanimi cernes dia ora LV THERI
Cuius grata TIBI scripta fuere viri.*

*Illic humani recides in colla PHILIPPI,
Qui TIBI praeceptor, quin Pater alter erat.*

Saluete o cineres multum post fata beati:

In caelo vitam, qui bene finit, habet.

V

EPL

EPITAPHIUM.

Hic Pietas, Artes, Charites, Phœbiq̄ sorores,
Hic sacræ Historiæ, Religioq̄ cubant

*M. Laurentius Widemannus Ecclesiæ
Saganensis Pastor F.*

EPITAPHIUM DN.
ABRAH. BVCHOLCERRI.

Quis iacet hic? doctos inter doctissimus omnes,
Quos fouit Slesij terra benigna soli.
Quis iacet hic? iacet hic ah θεολογώτατ' omnes
Inter θεολόγους quos eademq̄ tulit.
Quis iacet hic? iacet hic ah χρονολογώτατ' omnes
Inter χρονολόγους quos eademq̄ tulit.
BVCHOLCERE iaces, nec non præstantia dona
Corpore cum paruo nunc tumulata simul,
Ingens thesaurus parua, defossus in urna est,
Damnum ingens nemo hunc quod reparare potest,
Cur moreris longa solus dignissime vita?
Nec pia pertexis scripta ABRAHAME tua?
Dicite vos viui? quæ caussa est? nonne? laborem
Quod fuit indignus mundus habere suum,
Viuere dignus eras, & scribere, sed non digni
Nos legere, & totum nosse, videre, frui.
Ah longæ numerans aliorum tempora vitæ
Non numeras vitæ tempora longa tuæ.
Disputat hinc reliquus saltem, non supputat orbis
Tempora cum fatis acta, & agenda suis.
Scilicet innixus præsentis numine carnis
Aduentum reputat non benè, CHRIS TE tuum.
Sed

Sed tu qui tollis numerantes tempora mundi,
Abbreuia summo tempora & ipsa die.
Ut quæ sparguntur magnis deliria turbis,
Cessent, & veniant paxq; salusq; poli.
Scilicet æternæ felicia secula vitæ,
Secla quibus nomen sit sine lite tuum.
Osisibus aut ABRAHAME tuis placidissima donec
Manibus atq; ipsis gaudia læta DEVS.
Et tibi compenset voces, calamosq; salubres,
Qui sanctum ornarunt nomen in orbe DEI.

*M. Petrus Titus Ecclesia Betha-
niensis Pastor P.*

**IN OBITVM CL. VIRI DN.
ABRAHAMI BVCHOLCERI.**

*Qui dum vita fuit conquestus saepe fuisti
De tot tuis laboribus:
Scilicet impense non reddita premia creta,
Superq; strati pulueris:
Nunc requiescis in hoc defunctus puluere puluis,
Inanis vmbra corporis:
Ergo labor tuus hic simul hoc cum corpore cessit,
Tuiq; fama nominis?
Non ita: qui numeris digesti tempora certis,
Te tempus æternum colet.
Atq; ubi nulla super fuerint hic tempora, finis
Expers colet te æternitas.*

*M. Martinus Mylius
Gorlic,*

V 2 ALIVD.

A L I V D.

Cui pater ABRAMVS proprium : Cognomina Fagi
 Vel libri dederant, hac requiescit humo.
 Ille quidem paruus, dum vixit, corpore: verum
 Ingenio magnus, nomine clarus erat.
 Id sacra testantur quæ passim Munia gessit
 Quæq; dedit docto, scripta diserta, stylo.
 Ergo quoad Fagi, vel clarum scripta virorum
 In terris fuerint, hic ABRAHAMVS erit.
 Corpus in hoc tumulo, sed toto nomen in orbe
 Illius est CHRISTI Mens pia clausa sinu.

M. Petrus Streuberus.

A L I V D.

*Fagus in Elysijs stabat celeberrima campis
 Parua : sed umbrosis lata virensq; comis.
 Fronde sub hac Cygno iungens Philomela canoros
 Ore sonos, cecinit carmina grata DEO.
 Sape quis ingenti curarum pondere pressus
 Ex illo optatam carmine sensit opem.
 Sensit opem contra flagrantem Numinis iram,
 Cum prece, cum lacrymis procidit ante Deum. P.
 Sensit in aduersis solatia caelica rebus :
 Mens quoties dura sub Cruce lata fuit ? C.
 Hinc quoq; Tentato creuit fiducia cordi, T.
 Quod Satan incursum, ceu Leo, stravit humi.
 Et (quod mireris) Mors ipsa hoc carmine victa M.
 Sape p̄ys instar grata soporis erat.
 Occidit illa quidem patulo cum tegmine Fagus,
 Sed memores umbram vos retinetis aues.*

Qua

*Qua cecinit Cygnus Philomelaq; fronde sub illa,
Hac multi grata condita mente tenent.
Principibus quoq; chara virus fuit optima Fagus
Religio medicam quando poposcit opem.
Sed neglecta diu subducit commoda mundo,
Punit & ingratos hac ratione DEVS.
Nos, quibus umbra fuit patula gratissima Fagi,
Quod cecidit, merito solvimur in lacrymas.
Posthumaq; arenti damus haec suspiria libro,
Dat soboles, rapto, qualia, grata, patri.
Vive, vale, Fagi felix anima incola caeli:
Stirps tua sed folijs sit rediuita nouis.*

M. Matthæus Mencilius.

MEMORIE

REV. ET CL. VIRI DN. ABRA-
HAMI BVCHOLCERI Theologi & Chronologi
celeberrimi, Compatriis sui amicissimi.

Quo BVCHOLCERVS iacet, hoc extincta quiescunt
Cum cultore suo plurima culta, solo;
Ingeniumq; sagax, & vis, & norma docendi
Ad normam verbi dogmata pura DEI.
Pulcrius haud quicquam nato, quam posse referre
Eximium docto pectore & ore patrem.
Hic animi patris, vt voluit, studuitq;, PHILIPPI
Discipulus dici, voxq; sonantis, erat.
Illius vt fieret, sæpè exoptauerat, Echo
Vocis, & optatis congrua fata tulit.
Namq; docere die, qua vox cessauerat illa,
Hac Echo in templis orsa sonare DEVM est.

V 3

Illius

Illius ad vocis normam se rexit, & ista
Esse nefas sensit voce tacente loqui.
Echo muta sua tacuit sine voce; sed ista
Cum sonuit voci consona dicta sacra.
Sunt qui, iudicio sine, proq; libidine sensus,
Pro norma formas, & sua sensa probant:
Et, pro mente DEI commenta amentia amantes,
Numine pro vero nomina vana colunt.
Ille sed ad normam sese componere totum,
Præ reliquis tutam censuit esse viam.
Vidimus hac usum, si quando scriberet, vna,
Nunc hoc nunc illo reddere verba modo:
Commoda dum veram mentem sensumq; referret
Ad verbi normam formula scripta DEI.
Deniq; (ceu docuit) non ad verbum sua sensa
Attulit, at sensus extulit inde suos.
Hinc & cognitio scripturae tanta, secandi
Tantaq; dexteritas extitit inde viro:
Seu prece quis dubius, cruce seu depressus adibat,
Seu stygis insidijs, siue timore necis.
Lætior audito hæc ad cuncta paratus abibat,
Sincero verbo commoderante DEO.
Sic animos dictis regere, affectusq; mouere
Norat & ad nutus flectere corda poli.
Sic summas animæ tres vires ipse docebat
Formata studio dexteritate suo:
Cum videas alios sat ineptè mentibus vnis
Blandiri, & vacuo perdere verba sono,
Affectus animumq; suum proferre, placente
Garrulitate sibi, displicente bonis.
Inflammarè potest alios, nisi flagret & ipse,
Nemo; focus proprio non nisi ab igne calet.

Non

Non alios rapiet, nisi raptus Numinis ipse
Afflatu fuerit, motibus atq; pijs.
Hic inflammatus sacrati Numinis aura
Flagrabat superi Flaminis igne focus.
Raptus & afflatu sacro rapiebat ad ipsa
Dicta gubernantis pectora prona DEI.
Historias taceo, quarum pars edita prima,
Quanta sit in reliquis spes tumultata, docet.
Quo BVCHOLCERVS iacet, ergo extincta quiescunt
Cum cultore suo plurima culta, solo.
Cultius inde solo nomen laudescq; perennes
Morte carens meritis, fama perennis alet.
Et monumenta legens, monumenta locumq; beata
Sæpe quis à tanto dixerit esse viro.
Salve BVCHOLCERE: tuorum hinc meta laborum
Hæret, & hæc magnas spes brevis vrna tegit.
At mens cœlicolis comes associata, dolorum
Expers, est portus parte beata poli.
Salve, iterum salve cineri cinis addite nostro:
Saluete vxoris proxima busta meæ.
Quos humus vna tegit, reclusos detegat vnâ
Sistendos dextræ dextera CHRISTE tua:
Adq; tuum vultum, cui vis est vna salutis,
Associet cœlo, dissociata solo.

*M. Nicolaus Ludouicus G. conscrib.
& consecrabit.*

ENCOMIVM
*Clarissimi Theologi & Chronologi Dn.
ABRAH. BVCHOLCERI.*

Musa

*Musa BVCHOLCERO serui, dignissimus ille est,
 Cui tuus aeterna laude parentet amor.
 Nectare defunctum lauit sua mater Achillem,
 Hectoris obtexit sic Venus ossa Rosis.
 ABRAMI vero cineres aspergat & ungat
 Gratia rore suo, melle Thalsa suo.
 Nobilior virtus non est celanda honorum,
 Excitat exemplo corda supina suo.
 Principio Pietas ardens eluxit in illo,
 Ad verum toto pectore versa DEVM.
 Sicut Atlantiades Phæbo sua dona sacrauit,
 Omnia sic fas est nostra dicare DEO.
 Sic noster totum CHRISTI se vouit honori,
 Corde, manu, studijs, ore, vigore, fide.
 Gloria solius CHRISTI queratur oportet,
 Hec spectata viro, non sua fama fuit.
 Ne mihi quis fidum contenderit esse magistrum,
 Cui sua, non Domini gloria chara sui est.
 Insuper in sanctos gratissimus ille Magistros,
 Ingenium Cuculi turpe perosus, erat.
 Mulus lacte satur nutricem calce laceffit,
 Hei mihi, quot Mulos hac tibi secta fouent.
 Pectoris ille etiam flammam frenant habena
 Palladia, sancti flaminis usus ope.
 Prælia Centauris liquit, vepreta Sophistis,
 Ocia ducendo rebus amica bonis.
 Affectus truculenta Fera est, inimica quieti,
 Nec verum offusa nube patere sinit.
 Sidera per nebulas vero maiora videntur,
 Sic mens errori dat nebulosa locum.
 Ac velut à patria longè summotus Vlysses,
 Laxato Aeolio per scelus vitæ, fuit:*

Sic

Sic nauis CHRISTI, vento disiecta fatiscit,
 Quam vagus affectus, Tiphys ineptus, agit.
 Sed tranquilla fouet placidam Moderatio pacem,
 Et rem, non umbram, Lucis in arce, videt.
 Hæc ò si virtus Palinuri munus iniret,
 Tutior in aubia Cymba maneret aqua,
 Lapsaq; commoti fortuna quietior orbis
 Esset, & infelix terga dedisset Eris.
 Mentibus in doctis residere Modestia gaudet,
 Arudibus virtus ista repulsa fugit.
 Quòd tu, Calliphanes, quòd tu, Suffene, reuixti,
 Quòd tumor in multis ambitionis inest:
 Tanti caussa mali Ruditas clamosa putetur,
 Heu Ruditas populo semper acerba DEI.
 Ergo BVCHOLCERO moderata mentis honorem
 Ingenius Pietas artibus aucta dedit.
 Nulla viro Sophia pars insuperata remansit,
 Utiles ars anima nulla relictæ fuit.
 Id quod scripta typis edenda, vel edita, rerum
 Vtilium cornu diuite plena docent.
 Præterea nucleum, non sicca putamina VERBI,
 Mandendum gregibus præbuit ille suis.
 Temporis imprimis seriem dimensus ad unguem,
 Diuini ingenij dexteritate fuit.
 Dexteritas animi quosuis euoluere nodos,
 Flaminis æterni Numine fissi, potest.
 Ergo BVCHOLCERI manes celebrare beatos,
 Et suauis Charitum spargere rore deo.
 Socratis celebri Siren fuit adacta tumba:
 ABRAMI tumulum Numinis ornat Amor,
 Et Grauitas, & mista nouem pia Gratta Musis,
 Et Modus, & Dominacum Pietate, Fides.

X

Donec

*Donec erit tempus, donec superauerit orbis,
Ille DEO carus manserit, ille bonis.
Ringere liuor edax, virtus inuicta triumphat:
Astra piam mentem, membra recepit humus.
Sed, fama commissa bonæ pernicibus alis,
Laus æterna viri, docta per ora, volat.*

M. Huldricus Schoberus.

**IN TUMVLVM REV. ET CLAR.
VIRI, D. ABRAHAMI BVCHOLCERI,
Parentis, Præceptoris & Affinis sui.**

Hoc, exantlatos tandem post mille labores,
Abramus, tumulo molliter ecce cubat,
Qui BVCHOLCERVS claro cognomine auorum
Dictus erat, veteri stemmate stemma trahens.
Vera fides Abrahæ fuit illi in pectore magno
Exprimere hanc studuit nomine, reque simul.
Nam sanctam, pie Christe, tuam didicit, docuitque
Ille crucem, inque humeros sustulit ecce suos:
Atque est per vitæ discrimina mille secutus,
Ærumnas inter te patiente pede.
Quantum iudicium huic fuerit, quæ gratia fandi,
Doctrina & virtus, lectio quam varia:
Aurea scripta docent, quæ post sua fata reliquit,
Grata legit & quæ nunc pia posteritas.
Quanto constiterint hæc illi scripta labore
Sumptibus & quantis credere nemo potest.
Quod tu illi dederas seruo, pie Christe, talentum,
Fœnore cum magno reddidit ille tibi,

Biblio.

Bibliotheca fuit verè atq; Academia diues,
Quantus erat, plenus cognitione DEI
Nota eius pietas, nota est & gratia morum,
Nota est & varijs lingua diserta modis.
Paruus erat membris Abras: Sed non malè paruus,
Magnus enim ingenio, magnus & eloquio.
Dum vixit, docuit, docuit dum CHRISTE volebas,
Et pavit verbo fidus ouile tuum.
Pro populi captu nec conuenientior alter
Hoc fuit, hic etenim grandia non sonuit.
In verbis studuit nam soli simplicitati,
Vtilius populo qua solet esse nihil.
In rebus vero quibus est nil dulcius vnquam,
Curæ illi tantum sola fuit bonitas.
Te, meritumq; tuum, viuens, pie CHRISTE, sonabat,
Et sonuit moriente, meritumq; tuum.
Ac mortem, mortisq; metum, sæuosq; dolores
Nunc vicit sancto munere, CHRISTE, tuo.
Monstraq; morborum, simul & genus omne malorum,
Queis conflictatus, iam superauit ouans.
Mens coelum petijt, coeli comitata ministris:
Inq; sinum veteris celsit ABRAS ABRAHÆ;
Et cum coelitibus Domino sacra carmina pangit,
Ac celebrat laudes perpete voce DEI.
Salue sancte senex, salue, æternumq; valet,
Formator studij, salue ABRAHAME, mei.

*Balthasar Calmanus
faciebat,*

X ij

S. M. E.

S. MEMORIÆ

CLARISS. ET DOCTISS.
viri D. ABRAHAMI BUCHOLCERI: Theo-
logi & Chronol. præstantiss. Affin. S. &
Præcept. carissimi consecrabat,

Paulus Bernavus.

I.

Corpus humo: mentem cælo: scripta aurea nobis,
Emigrans, dotes das ABRAHAME tuas.
Hæc vita summa est: & CHRISTO vivere: & illis,
Quos decorat CHRISTVS lucis honore suæ.
Quod par est, nostris pietas tibi præstat in oris:
Dum canit ad cineres officiosa tuos.
Quod bene certanti spondet sacra pagina vatum:
In cælo præcium dulce laboris habes.

II.

Scripta legens, qualis fuerit, si queris, ABRAHAMS:
Corpore parvus erat: magnus & ingenio.
Hic iuuenis didicit sub præceptore PHILIPPO:
Mente manuq; notans aurea dicta senis:
Cum responsa daret procerum ad quesita modestè:
Solueret ac dextrè subdola texta virum.
Hinc sibi iudicium formans: seu dicere quicquam:
Scribere seu vellet: norma PHILIPPVS erat.
Illius exemplo poterat dissolvere lites:
A vero fraudes seq; gregare malas.

Lacten-

Lactentes primùm agnellos curauit : at inde
 Lactantes CHRISTI dogmate pauit oues,
 Orphea cantantem volucres cinxere feræq̃ :
 Ipsa lyra pulsum silua secuta fuit.
 Nobilis Amphion mira testudinis arte :
 Et blanda potuit saxa mouere prece.
 Aureolis hominum vinculis, ut dicitur, aures
 Alcides lingua nexuit ipse sua.
 Noster ABRAS, sacer interpres, dulcedine vocis,
 Verius in motum pectora duxit agens.
 Hic pius Amphion Cithara dum personat : ipso
 Flamme linguam, animum, fila mouente, sacro :
 Affectu molli, diui praconis ab ore,
 Pectora vidisses incaluisse virum.
 Audijs : & sanctos per sensu concio motus :
 Hec hominum mentes aurea vincla trahunt.
 Plurima pratero, quis cunctas dicere possit
 Virtutes? varia fons erat artis ABRAS.
 Hinc hausere, quibus veneranda scientia cordi :
 Et quibus in dubio caussa laborq̃ fuit.
 Istud ad oraculum, extrema regione trahebat
 Fama viros : possent dicta probata sequi.
 Cetera de scriptis debes cognoscere Lector :
 Quae sunt assidue iam meditanda, tibi.
 Res petis, & numeros? dabit autor utrumq̃ : tuamq̃
 Doctrinam ingenio nutriet : ille suo.
 Hic sunt aetherij mellis caelestia dona :
 Sensibus hinc venient dulcia dicta tuis.
 Partem operis primam nobis bona fata dederunt :
 Grata sit auctori mens pia : grata DEO.
 Scribere plura volens, medijs conatibus haeret :
 Aeternisq̃ choris consociatur ABRAS.

*Felix, quem reperit facientem munera iussa:
Cum vocat hac seruos de statione DEVS.*

ΠΕΡΙ ΔΕΙΡΝΟΝ Atticum.

Oraculum qui diceris omnium
Quæ nosse vellet plurima ponderans,
Cedas superbo Metochites
Luxurians Theodore fastu;
Alphonse summas desine desine
Iactare laudes Biblia conterens;
Cedas Comestor: cede CHRISTI
Bibliotheca Nepotiane;
Mundi ruentis concio diuidens
Prudens acuto tempora calculo
Discede: Chalcenterus vnus
Ordine vos superauit ABRAS,
Lumine vos superauit ABRAS.

*Valerius Herbergerus Fraun-
stadiensis.*

LACRIMAE.

In obitum Reu. viri D. Abrahami Bucholceri
& Annæ Calaminæ matronæ ho-
nestissimæ,

*Sic igitur, dederas mihi quos, IOVA Magne, parentes
Sustulit atroci mors inimica manu,
Nec tua fatales flexit doctrina sorores
O Genitor, vita carior ipse mea.*

Nec

*Nec tua te pietas nec morum texit honestas
O Genetrix, oculis carior alma meis,
Heuspes fallaces: vobis in luce locatis
Optabam Phæbo castra dicata sequi.
Et mea iam teneros fingebat venula versus:
Sperabam & viuū ferre per ora melos.
Heuspes fallaces humano in corpore fixas:
Dum spero, ex oculis spem rapit atra dies.
Quid mihi, quid superest tandem nisi numen amicū,
Numen in aethereo quod viget axe poli.
Viuere, chare parens, te propter, vescier aura
O Genetrix propter te mihi dulce fuit.
Mutatis vicibus vos propter lumine cassos,
Luce poli misero nunc mihi triste frui.
Sed quia, summe DEVS, tua sic tulit alma voluntas,
Tu mihi, tu es solus, portus & aura super.
Orbus ego ast orbis quia te offers ipse patronum,
Molliter in gremio, IOVA, quiesco tuo.
Hæc, gemitus inter, lacrimas hæc inter, ad urnam
Ardoris fundo signa futura mei.
Alme vale Genitor, tu, quam Calamina sub auras
Stirps tulit, aternū ō ANNA beata vale.*

Lacrimas hæc ad tumulum parentum caris-
simorum debitæ pietatis & obseruantię
ergo, Godefridus Bucholcerus Grunc-
bergius fundebat.

*Excusum typis & impensis AMBROSII
FRITSHII: typographi Gorlicensis.*


Anno reparatæ salutis.


M. D. XC



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]







B.I.G.

Farbkarte #13




1

ulum Ro-
m: JL 208

R. A. N. S

ANNORVM SE
X VRBE ROMA RE-
LII CICERONIS, cuius
s & potentia ad Impe-
Consoles tantum-
creari caepti

SIMIS HISTO-
us singulari fide &
& conscriptus,



ucholcero

n propter communia adolescen
Romanae cognitionem, &
nis lectionem in
litus.

ILEGIO CAESAREO.

ICII

Ambrosij Fritschij.

